

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Hic subnotata cōtinentur

Vita, M. Catonis.

Sextus Aurelius de vitis Cæsarum.

Beneuenutus de eadem re,

**Philippi Beroaldi & Thomæ Vuols
phij Iunioris disceptatio/de nomine
imperatorio.**

**Epithoma rerum Germanicarꝝ vsqꝫ
ad nostra tempora.**

¶ Thomæ aucuparij Distichon.

**Multa breui doceo mire breuitatis amator
Nos emetnā breuibꝫ discere multa potes.**

Thomas Vuolphius Iunior/Laurentio Hell
ædis diui Petri Iunioris Argentineñ. Decano &
iurecōsulto clarissī, cōsanguineoq; suo, S. P. D.

Oannes Botzemius homo ingenij amoeni: & elegant
i tis nuperrime ex Italia aduexit. Sextū Aureliū: & Bene
uenitū de Cæsar; vitis castigatos ac recognitos diligē
tia Laurētij Abstemiij viri celebris. Id sane operis Thomas me
us Aucuparius: ac Gallinarius & hi profus; qui apd nos sunt
eloquio cultiores ferūt ad sydera: dictitātes me opere precium
facturū: si curauero vt typis venustioribus excussū pdeat in
publicum. Tu aut unus ex nostratibus vel solus occurris qui
hoc chartaceo munusculo dignus esse videt. Imperatoris ete
nim virtutibus refulgens: & clarus es: & munificus, & benignus:
& liberalis. Improbos; vero & vilissimos; hominū: iniu
rias: fraudes: dolos: insidias susq; deq; facis. Potes & huic foeli
cissime semp resistere: qui nō tam lupū olet q; vulpem: & qui
omnibus feris quas siluæ alunt est truculentior. Itaq; hoc clarif
simū opusculum qui clarissimus es libenter accipe. Libentius
amplectaris & libentissime legito: nempe hic iuxta Oratianū
præceptum vtile mixtum dulci inuenies. Bene vale: Argenti
næ cursim ex ædibus nostris, x. kal, Martij, Anno christi, M.
CCCCC, V.

Thomas Aucuparius Argentineñ.
In Epithoma Germanorum

Martia bella ducum: præclara facinora regum
Et germanorum fortia gesta virum
Magnanimos mores: prestantia sceptrā: trophea
Splendida: theutonici stemmata magna soli
Quid genus armipotens germania bellica gessit
Viribus Herculeis/hoc Epithoma docet

Index Sexti Aurelij:

Antoninus Pius	xvi
Antonius Marcus	xvij
Antonius verus	xvij
Aurelius verus	xxv
Alexander feuerus.	xxvi
Aurelianus	xxxvi
Alexander	xl
Caius caesar calligula	iiij
Claudius titus	v
Commodus Aurelius	xix
Caracalla Antoninus	xxiiij
Claudius	xxxiiij
Carus	xl
Constantinus	xlvi
Constantius	xlviij
Constantius	i
Domitianus flavius	xij
Decius	xxx
Diocletianus	xli
Florianus	xxxviij
Galba Sergius	vij
Gordianus	xxviij
Gallus virius	xxxii
Galienus	xxxiiij
Galerius	xliij
Gratianus	lv
Hadrianus Aelius	xv
Hanibalianus	xlviij
Iulianus didimus	xxi
Iulianus secundus	li
Iouinianus	liij
Macrinus	xxiiij
Maximinus Iulius	xxviij
Maximianus Galerius	xliij
Maximinus Galerius	xliiij

Nero	vi
Nerua	xiiij
Octavianus.	i
Otho saluius	viiij
Pertinax.	xxx
Philippus Marcus	xxix
Probus	xxxix
Quintilius	xxxv
Seuerus septimus	xxij
Siluanus	xlix
Tiberius Claudius	iiij
Titus Vespasianus	xi
Traianus Vlpus	xiiij
Tacitus	xxxviij
Theodosius	lvi
Vitellius Aulus	viiij
Vespasianus Flavius	x
Valerianus	xxxiiij
Valentinianus	liij
Valens	liiij

Augustale Beneuenuti.

Antoninus pius	xvi
Antonius verus	xvij
Antonius comodus	xviij
Alexander	xxv
Aurelianus	xxxiiij
Archadius	liij
Anastafius	lix
Anastafius secundus	lxxiiij
Arnulfus	lxxxix
Adulfus	cviiij
Alberrus	cx
Albertus secundus	cxvi
Baffianus	xxiiij
Berregarius primus.	lxxxv

Berēgarius secūdus	lxxxviij	Hadrianus	xv
Berēgarius tertius	xc	Honorius	liij
Berēgarius quartus	xcij	Heraclius	lxvi
Caius calligula	iiij	Henricus	lxxxix
Claudius	v	Henricus primus	xcvi
Claudius secūdus	xxxiiij	Henricus secundus	xcviiij
Carolus magnus	lxxviij	Henricus tertius	xcix
Carolus secundus	lxxxij	Henricus quartus	c
Carolus iunior, III.	lxxxiiij	Henricus quintus	ciij
Carolus de lizimbure	cxij	Henricus sextus	cxii
Carus	xxxviiij	Iulius caesar	i
Cōstatius p̄r cōstantini.	xl	Iulianus didius	xx
Cōstantinus magnus	xlj	Iulianus apostata	xlv
Constans	xliij	Iouinianus	xlvi
Constantius	xliiiij	Iustinus maior	lx
Cōstantinus tertius	lxvij	Iustinianus	lxi
Cōstantinus quartus	lxviij	Iustinus minor	lxij
Cōstantinus quintus	lxxv	Iustinianus secūdus	lxix
Cōstantinus sextus	lxxviij	Leo	lvij
Conradus	lxxxviij	Leo secundus	lxx
Cōradus frācus prim ^o .	xcviij	Leo tertius	lxxiiij
Conradus secūdus.	c.ij	Leo quartus	lxxvi
Cōradus fili ^o federici.	cvij	Ludouicus pius	lxxix
Domicianus	xij	Lottarius	lxxx
Decius	xxix	Lndouicus secundus	lxxxii
Diocletianus	xxxix	Ludouicus tertius	lxxxv
Florianus	xxxvi	Lottarius	xcii
Focax	lxv	Lottarius quartus	ci
Fredericus barbarossa	ciij	Macrinus	xxiiij
Fridericus secūdus	cvi	Maximinus	xxvi
Fridericus tertius	cxviij	Martianus	lvi
Galba	vij	Mauritius	lxiiij
Gordianus tertius	xxviij	Maximilianus	cxviiij
Gallus hostilianus	xxx	Nero	vi
Galienus	xxxiiij	Nerva	xiiij
Gallerius	xli	Oclavianus	ij
Gratianus	xlx	Otho	viiij

Otho primus	xciiij	Tacitus	xxxv
Otho secundus	xciiij	Teodosius maior	ii
Otho tertius	xcv	Theodosius minor	liiij
Otho quartus	cv	Tiberius tertius	lxiiij
Pertinax	xix	Theodosius tertius	lxxiiij
Philippus	xxviiij	Vitellius	ix
Probus	xxxviiij	Vespasianus	x
Philippicus	lxxi	Varius heliogabalus	xxiiiij
Rodulfus	cviiij	Valerianus	xxxii
Robertus bavarus	cxiiiij	Valentinianus	xlviij
Seuerus septimus	xxi	Valens	xlviij
Sigismundus	cxv	Valentinianus secundus	i
Tiberius	iiij	Valentinianus tertius	lv
Titus	xi	Venceflaus	cxiiij
Traianus	xiiiij	Zeno	lviiij

Vita Cathonis Maioris per
Cornelium Nepotem.

Ato ortus municipio Tusculo/adolescens priusq;
c honoribus operā daret; versatus est in Sabinis; qd' ibi
hærediū a patre relicto habebat. Inde hortatu, L. Va
lerij Flacci; quē in consolatū censuraq; habuit collegā; ut, M.
perpenna consobrīnus narrare solitus est; Romā demigravit;
in foroq; esse cœpit. Primū stipendiū meruit annorū. xvij. q;
Q. Fabio, M. Claudio consulibus. Tribunus militū in Sicilia
fuit. Inde ut redijt; castra secutus est, Pub. Claudij Neronis,
magniq; opera eius æstimata. est in prelio apd' Senam; quo ce
cidit Hasdrubal frater Hannibalis. Quæstor obtigit, P. Africa
no consuli; cū quo; nō p' sortis necessitudine vixit. Namq; ab
eo perpetua dissensit vira. Aedilis plebis factus est cū. C. Hel
vio. Prætor puinciam obtinuit Sardiniam/ex qua quæstor su
periore tēpore ex Africa decedens. Q. Ennium poetā deduxe
rat/q; nō minoris æstimamus quā quemlibet amplissimū sar
diniensem triumphū. Consulatu gessit cū, L. Valerio Flacco
sorte puinciam nactus Hispaniam citeriorem; exq; ea trium
phum deportauit. Ibi quū diutius moraret, P. Scipio Aphri
canus consul itere; (cuius in priori consulatu quæstor fuerat)

voluit eū de puincia depellere: & ei ipse succedere. Neq; hoc per senatū efficere potuit. quū quidē Scipio in ciuitate principi partū obtineret: qd' tum nō potentia: sed iure respub. ministra batur. Qua ex re iratus/ senatu peracto: priuatus in urbe remansit. At Cato/ censor cū eodem Flacco factus: seuerē pręfuit ei potestati. Nam & in cōplures nobiles aniaduertit/ & multas res nouas in edictum edidit. quare luxuria reprimereetur. quæ iam tum incipiebat pullulare circiter annos. lxxx. usq; ad extremā ætatē/ ab adolescentia (reipub. causa) suscipere inimicitias nō desistit. A multis tentatus nō modo nullū detrimentū existimationis fecit: sed quoaduixit virtutū laude creuit; in omnibus rebus singulari fuit industria. Nam & agricola solers & reipub. peritus: iuriconsultus: & magnus imperator: & probabilis orator: & cupidissimus literarū fuit. Quare studiū & si senior arripuerit. tamē tantū pgressum fecit: ut nō facile resperiri possit: neq; de græcis/ neq; de Italicis rebus: qd' ei fuerit incognitū. Ab adolescentia confecit oratiōes. senex historias scribere instituit. Earū sunt libri septem. Primus continet res gestas regū. P. R. Secundus & tertius/ unde quæq; ciuitas orta sit Italica: ob quā rem oēs origines videt appellasse. In quarto autē bellum puniū est primū. In quinto secundū: atq; hæc oīa capitulatim sunt dicta. Reliquaq; bella parimodo psecutus est/ usq; ad præturā Seruī Galbæ: qui diripuit Lusitanos. Atq; horū bellorū duces nō noiauit/ sed sine noībus res notauit. In iisdem exposuit/ q̄ in Italia Hispanijsq; viderent admiranda: in quibus multa industria & diligentia cōparet multa doctrina. huius de vita & moribus plura in eo libro profecuti sumus quē separatim de eo fecimus rogatu. T. Pomponij atticū Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.

¶ Laurentius Abstemius excellentissimo principi Guidobaldo Urbini duci. Sa. & foelicitatē dicit

Quāta ex rerū scriptione/ nō modo iocūditas/ veretā utilitas pueniat: dux clarissime: testis est felicis ac indelebilis memorie Fridericus parēs tuus/ maximū ac singulare ætatis nostræ decus & ornamentū: & virtutū omnium specimē: qui & si philosophiæ vehemēter deditus erat: historiarū tñ lectione plurimū delectabat. Nam & bibliothecā suā (quotq; hñe potuit)

historicoꝝ libris referat: nunquãq; nõ aliquo astãte qui histo-
riam legeret: cibũ capere solitus erat: ut nõ solum corpus epu-
lis/veretia animũ vetustissimarũ/pulcherrimarũq; rerũ lectio-
ne reficeret. Hinc nimirũ multoꝝ excellentiũ viroꝝ exẽplis/
qd domi militiãq; facieudũ aut vitandũ esset percipiebat/ q̃uis
adhuc puer tãta sapiẽtia p̃ditus fuerit/ut cũ nutricis lacte sapi-
entiã hausisse videret. Nicolaus picininus dux ætatis suã cla-
rissimus; eũ adhuc adolescentẽ sapiẽtis (ut aiũt) cognoie nun-
cupabat. Merito igit̃ maior ætate cõsona oĩm voq; (ut erat) sa-
pientissimus habebat; magniq; reges & potẽtissimi popl: qd̃
dũ bibliothecarius eius erã/sæpe notavi i arduis & dubijs su-
is reb?/eũ (ut cæleste quoddã oraculũ) p litteras & legatos cõ-
sulebãt. Sed qd̃ mirũ quũ scirẽt eũ nunq; cũ hoste cõgressum
qñ superior aut victor euassisset: nullãq; ab eo urbẽ obsessam:
quã ille nõ cepisset. Et qd̃ incredibile q̃q; videri põt. nullos po-
pulos ab eo domitos: qui nõ illũ singulari amore psequerent̃
tãta erat in eo rei militaris peritiã; tãta humanitas; tãta clemen-
tia. Huius tu vestigia pbe sectatus/alterũ futurus es lumẽ Ira-
liã: q̃uis in ipso ætatis flore/aduersa valitudo tibi corpus im-
becille reddiderit. Ad paternã em̃ sapientiã; animiq; magnitu-
dinẽ; doctrina maior accessit. Nam quũ utriusq; linguã doc-
tissimus sis ille fuit tantũ nãa cõtentus. Non aut̃ (ut ait orator)
viribus aut velocitatibus aut celeritate corpoꝝ res magnã ge-
runť: sed consilio & autoritate & sententiã. Sed ut omittã cã-
teras plurimas & singulares virtutes tuas (neq; em̃ his nũc lo-
cus est) quis satis digne referre possit humanitatẽ & clamen-
tiam tuã: qua erga hostes & inimicos tuos es usus. Multos re-
ges & principes hostibus suis ignouisse legimus: sed non tã p-
fidis & igratis. Te em̃ is veniã dedisse cognouimus; q̃a parẽ
te tuo et a te plurimis & maximis bñficijs affecti. virã et regnũ
tibi auferre voluerũt. sed nõ est passus deus innocentia & fidẽ
tuã ab hostiũ malignitate & p̃fidia superari. Credibile ẽ quic-
qd̃ tibi aduersi ha tenus euenit; dei p̃missu euenisse ut vtutes
tuã magis enitesceret: utq; amicos ab inimicis discerneres: ut
q; q̃te cure sis i mortali deo cognosceres. si em̃ regno icolumi
nullã fortunã violentiã esses exptus: multe vtutes tuẽ lateret̃
icognita. Fides et amor tuoꝝ i te populoz; tibi esset ignotus:

¶ deo charus & acceptus esses ignorares. Nunc vero ut autē
igne/sic bona animi tui hac fortunæ acerbitate sunt illustrata.
Nunc aperte itelligis: tuorū in te beniuolentiā populorū: qui
quū desiderii tui ferre nō possent: bis excusso a ceruicibus su
is hostiū tuorū iugo: non sine magno & vite & rerū suarū peri
culo regnū tibi asseruerūt. Nūc clare cognoscis quantā tui cu
rā deus habeat. oī potēs: qui totiens te ex tot periculis liberauit
& ne pedē offenderes inimicorū laqueos fregit. Nectui tantū
populi benignitatē tuā senserūt: vergetiā externi. Quæ em̄ sa
lus: amissa arce: fanestrib⁹ esse poterat: ni tuorū cōceptā in eos
irā ac furorē cōtinuisses. Ingenue igit fatent̄ oēs se vitā/diuis
tias/opes/patriā: & quicqd̄ chari habent: p̄ te sibi esse seruata:
qd̄ Antonius nicofantes clarissimus iuriscōsultus optiē (hoc
ēpigrāmate) testat. Mœnia q̄ fanī superāt: q̄ libera tellus: Q̄
populus: q̄ res: q̄ manet urbis honos: Q̄ furor: & mortes: q̄
sæua icendia cessant Inclite dux laudis: sunt monumēta tuæ:
Facta patris seq̄ris: quā prestitit ille salutē Reddis, libertas te
duce n̄ra redit Sic placitū superis: ut pendeat ordine certo: A
feretro semp̄ semine n̄ra salus. Præterea quū Ludouicus O
daxius vir eloquentissimus & utriusq̄ linguæ doctissimus/ te
hoc q̄q̄ parētis habere mihi retulerit/ ut illustriū viroz vitas
& maxie Cæsarz/libenter lectites: Sex Aureliū Victorē de vi
tis cæsarū (tuo noīe) imprimendū curauit: ut nō solū apud te
principē meū unicū: vergetiā quocūq̄ delatus fuerit: sit testis
meæ in te obseruatiæ. Duo tñ me turbarūt qd̄ unicum tantū
habuerim exēplar idq̄ in nōnullis locis mendosum: q̄ labori
bus scholasticis ipeditus diligēter recognoscere nō potuerim
Vale dux clarissime ex urbe fanestri. iij. kal. Martij. M. DIII

¶ Carmen Nicolai Marchetti Fanestris.

Nomina & imperij lateant ne stemmata lapsi
Vsq̄ ducem: qui nunc austria iura tenet
Abstemī effectum est studio: qui carceris atrij
Hoc opus Aureli protulit e tenebris
Huic omnis tantum Cæsar q̄ sæcula debent
Nostra: quibus tot res posse videre dicatur:

De vita & moribus Imperatorum Romanorum libel-
lus excerptus & breuiatus ex libris Sexti aurelij victoris
a Casare Augusto vsq; ad Theodosium.

INNO Urbis condita Septingentesimo uicesimo
secundo; ab exactis uero regibus quadringentesi-
mo octogesimoq; mos Romae repetitus est; uni
prorsus parendi p rege imperatori; uel seueriori
nomine augusto appellato. Octauianus igitur patre octauio se-
natore genitus; maternū genus ab aenea p Iuliam familiam
sortitus; adoptione uero. C. caesaris maioris auunculi. C. cae-
sar dictus; Deinde ob uictoria Augustus cognominatus est.
Iste in imperio positus tribuniciam potestatem p se exercuit.
Regionē aegypti/inundatione nili accessu difficilem/inuiam
q; paludibus in puincia formā redegit; quā ut annonae urbis
copiosam efficeret; fossas (incuria uetustatis limo clausas) la-
bore militū parefecit. huius tēpo re ex aegypto urbi annua du-
centies Centena milia frumenti inferebant/iste cantabros &
aquitanos, rathos uindelicos dalmathas, numero puincia-
rum populo, ro. cōiunxit sueuos ratts; Sicanbros in Gallia
transiulit; Pannonios stipendarijs adiecit, Getarū populos Ba-
sternasq; lacessitos bellis ad concordia cōpulit. huic persae ob
sides obtulerūt; creandiq; regis arbitriū permiserūt. Adhūc
indi; Scythae; garamantes; aethiopes; legatos tū donis mise-
runt. Adeo deniq; turbas/bella/simultates/ execratus est; ut
nisi iustis de causis; nunq; genti cuiq; bellum indixerit, fact an-
tisq; esse ingenij & leuissimi dicebat ardore triumphandi; &
ob lauream coronā/id est folia infructuosa in discrimen p in-
certos auentus certaminū securitatē ciuū praecipitare. Neq;
Imperatori bono quicq; minus; q; temeritatē cōgruere, satis
celeriter fieri; qd cōmode gereret. Armac; nisi maioris emo-
lumentū causa nequaq; mouenda esse; ne cōpendio tenui sa-
ctura graui petita uictoria/similis sit hamo aureo piscantibus
cuius abrupti amissiq; detrimētū; nullo capturae lucro pefari
potest. Huius tpe trans Rhenū vastatus est romanus exerci-
tus; atq; tribuni & ppretor. Qd in tantū accidisse perdoluit;
ut cerebri valido incurfu parietē pulsaret, ueste capilloq; ac re-

liquis lugentium indicijs deformis. Aurumculi quoq; inuentum vehementer arguebat: qui milites cōmilitones / nouo blandoq; more appellans: dum affectat charior fieri / auctori tatem principis emoluerit. Deniq; erga ciues clementissime versatus est. in amicos fidus extitit. Quorum præcipu'erant ob taciturnitatem Mœcenas: ob patiētiam laboris modestiā q; Agrippa. Diligebat præterea Virgilium. Rarus quidem ad recipiendas amicitias: ad retinendas constantissimus. Liberalibus studijs (præsertim eloquentiæ) intantū incūbens / vt nullus ne in procinctum quidem laberetur dies / quin lege ret: scriberet: declamaret. Leges alias nouas / alias corruptas protulit suo nomie. Auxit: ornauitq; Romam ædificijs multis. Isto glorians dicto. Urbem latericeam repperi / relinquo marmoream. Fuit mitis: gratus: ciuili animi & lepidi. Corpore roto pulcher: sed oculis magis. quorum aciem clarissimorū syderum modo fibrans: libenter accipiebat. cedi ab intendentibus tamq; solis radijs aspectu suo. A cuius facie dū quidam Miles auerteret: & interrogaretur ab eo: Cur ita faceret: respōdit. Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen virtus vicijs caruit. Fuit enim paululum impatiens: occulte inuidus: palam factiosus. Porro autē dñandi supraq; aestimari potest / cupidissimus: studiosus: aleæ lusor. Cuncq; esset cibi ac vini multū / aliquatenus vero somni abstinentes: seruiebat tñ libidini vsq; ad probrū vulgaris famæ. Nam inter duodecim cathamytos / totidemq; puellas accubare solitus erat. Abiecta quoq; vxore Scribonia / amore alienæ coniugis possessus Liuiam (quasi marito cōcedēte) sibi cōiunxit Cuius Liuiæ iam erant filij / Tyberius & Drusus. Cuncq; esset luxuriæ seruies / erat tñ eiusdem vicij sauerissimus vltor / more hominū: qui in vlciscendis vicijs (quibus ipsi vehementer indulgent) acres sunt. Nam & poetam Ouidium (qui & Naso) pro eo: q; tres libellos amatorix artis conscripsit: exilio dā nauit. Quodq; est læti animi vel amœni: oblectabatur omni genere spectaculorum: præcipue ferarum incognita specie: & infinito numero. Annos septem & septuaginta ingressus Nolæ morbo interiit. q; alij scribant: dolo liuiæ extinctum

metuentis. sic quia priuignæ filium Agrippam: quem odio nouercali in insulam relegauerat/ reduci compererat/ eo summam rerum adepto/ poenâs daret. Igitur mortuū seu necatū multis nouisq; honoribus Senatus censuit honorandum. Nam præter id quod antea patrem patriæ dixerat templatam Romæ. quam per vrbes celeberrimas ei consecrauit. cunctis vulgo factantibus/ vtinam aut non nasceretur; aut non moreretur. alterum em̄ pessimi incepti. exitus præclari alterū. Nam in adipiscendo principatu oppressor libertatis est habitus. & ingerendo ciues sic amauit/ vt tridui frumento quondā in horreis viso statuisset veneno mori: si e prouincijs clares interea non venirent. quibus aduectis foelicitati eius salus patriæ est attributa. Imperauit annis quinquaginta & sex: duodecim cum Antonio/ quadraginta vero & quattuor solus qui certe nunquam aut reipublicæ potentiam ad se traxisset: aut tam diu ea potiretur nisi magnis naturæ & studiorū bonis abundasset.

CLAVDII TIBERII NERONIS VITA. III.

CLAVDIVS Tiberius Liuiæ filius Cæsaris Octauiani priuignus. Imperauit annis. xxiiij. Iste qui Claudius Nero dicebatur eleganter a iocularibus; Claudius biberius mero ob Violentiam nominatus est. Satis prudens in armis. satisq; fortunatus. Ante sumptū imperium sub Augusto fuit; non immerito reipublicæ dominatus ei committeretur. inerat ei scientia litterarum eloquio clarior: sed ingenio pessimo/ truci/ auaro/ insidioso; simulans ea se velle; quæ noller. his quasi insensus; quibus consultum cupiebat. His vero quos oderat; quasi beniuolus apparēs. Repentinis responsionibus aut cōsilijs melior/ quàm meditatīs. Deniq; delatum a patribus principatum; quod quidem altu præfecerat; sicte abnuere; quid singuli dicerent; aut sentirent/ atrociter explorans; quæ res bonos pessum dedit. Existimantes em̄ ex animo eum longa oratione imperialis molestiæ magnitudinem declinare; cum sententias ad eius voluntatē promūt/ incedere exitia postrema. Iste Cappadocas in puintiam remoto Archelao rege eorum redegit; Getulorū latrocinia repressit. Marebodum Sueuorū

regē callide circumuenit. Quū in mari furore in fontes / non
ios: suos pariter externosq; puniret. Relictis militiæ artibus:
Armenia per Parthos: Moesia a Dacis: Pannonia a Sarmatis
Gallia a finitimis gentibus direpta sunt. Ille post octuagesimū
munoctauū annum: & mēsem quartū / insidiis Caligulæ ex
sinctus est.

GAII CESARIS CALLIGVLE VITA.

Caligula. imperauit annos. IIII. Ille filius fuit Germanici: &
quia natus in exercitu fuerat: cognomen tū calciamēti militat
ris (i. caligula) sortitus est. An̄ principatū oībus charus fuit. In
p̄ncipatu v̄ovt nō ī merito vulgaret̄ atrociorē illo dūm nō fuit
ille Deniq; tres sorores suas stupro maculauit. Incedebat habē
tur deoz suozū: Iouem ob incēstum: e choro aut̄ bacchanalū
liberū se afferēbat: de quo nescio an decuerit memoriæ prodū
nisi forte iuuat. quia principibus omnia nosse / vt improbi
(saltem famæ metu) talia dech̄ inent. In palatio matronas no
biles publicæ libidini subiecit. Primus diademate imposito
dūm se iussit appellari. In spaciō triūmilium quod in sinu pu
teolano inter moles iacet / duplici ordine naues cōtexens / ha
renæ aggestæ / terræ speciem / viam solidatā / phalerato equo
insignisq; ærea corona / quasi triumphātis indutus aureo pa
ludamento curru: bijugi decucurrit. Dehinc a militibus con
fossus interiit.

TITVS CLAVDIVS CESAR AVGVSTVS QVINTVS.

CLAVDIVS: Titus / Drusi Tiberij fratris filius / Caligulæ
patruus / imperauit annis. xiiij. Ille cū Senatus censuisset gen
tem Cæsarum exterminari: de formi latebra latens repertus a
militibus: quia v̄æ cors erat: Mitissimus videbatur imprudem
tibus. Impator effectus est: Hic ventri: vino. libidini foedæ o
bediens / v̄æ cors & prope hebes / ignauus ac pavidus / liberto
rum coniugis imperijs subiectus fuit. Huius tpe Scribonia
nus Camillus / intra Dalmatias impator creatus continuo oc
ciditur. Mauri prouintias a Cæsare cæsa insulanoz manus ē /
Aqua claudia Romæ introducta. Huius vxor Messalina pri
mo passim / quasi iure adulteris vtebatur: ex quo facta plures

mentu abstinentes extincti sunt. Dehinc atrocius accensa / uo-
biliores quascq; nuptas & uirgines scortorū modo secum pro-
posuerat. Coactiq; mares ut adessent; quod si quis talia hor-
ruerat / afflicto crimine; in ipsum / omnēq; familiam saeuiebat;
ut magis uideretur sub impatore uiro / q̄mpatori nupta esse.
Ita liberti eius potestatem summā adepti / stupris exilio eade
proscriptionibus omnia foedebāt. Ex quibus foelicem legiōi
bus Iudae praefecit. Possidæ post triumphū britānicum inter
militariū fortissimos arma insignia tamq; participi uictoriae
dono dedit. Polybum / inter consules medium; incedere fecit.
hos omnes anteibat. Narcissus ab epistolis dñm se gerens ip-
sius dñs. Pallasq; pretorijs ornāmētis sublimatus adeo diues
ut causante eo inopiam fisci lepidissime famoso elogio vulga-
tum sit. Abunde ei pecuniam fore; si a duobus libertis in so-
cietatem recipetur. Huius t̄pibus uisus est apud aegyptum
Phoenix (quam ferunt uolucrum) anno quingentesimo ex A-
rabia / memoratos locos aduolare; Atq; in aegeo mari repēte
in insula emerfit. Hinc Agripinam germanici fratris sui filiam /
uxorē duxit; quae filio imperiū procurans / primo priuignos
insidijs multiformibus; dehinc ipsū cōiugē ueneno interemit
vixit an. lxxiij. Cuius funus (ut quondā in Targnio prisco dñi
occultatū) dum arte muliebri corrupti custodes agrum simu-
lant; Nero priuignus eius imperij iura suscepit.

DOMICIVS NERO CESAR AVGVSTVS SEXTVS.

Domicius Nero / patre Domicio a nobarbo genitus; matre
agrippina. Imperavit annis, xlii. Iste qui quēnio tollerabilis ui-
sus; inde qdā pdidit / Traianū solitū dicere; pcul distare cun-
ctos p̄cipes Nerōis quinquēnio. Hic in urbe amphitheatrum
& lauacra construxit. Pontū in sus p̄uintie polemōis Regu-
li permissu redegit; a quo polēniacus pontus appellatus est.
Idē cottias alpes / Cottio rege mortuo; Eo namq; dedecore re-
liquū uitae regis; ut pudeat memorare huiuscemodi quēnē
eo progressus est; ut neq; suae / neq; aliorū pudicitiae parcens.
Ad extremū amictus nubentiū uirginū specie / palam cōuo-
cato Senatu dote dicta cunctis; festa more frequentibus nu-

beret, pelle tectus fere utriq; sexui genitalia contrectabat: Ma-
trem etiã stupro contaminauit/ quanc; postmodum intere-
mit. Octauia & sabinã cognomẽto pompeiam in matrimo-
niũ duxit uiris ear; trucidatis, Tunc Galba in hispania pcul
& G. Iulius imperiũ corripuere, Vbi aduentasset Nero gal-
bam deuicit; Senatusq; sententiã constitutũ: vt more maiorũ
collo in furcam coniecto uirgis ad necem caderet. Desertus
undiq; noctis medio egressus urbẽ sequentibus Phaone epa-
phodrito Neopytoq; & Spadone Sporo; quẽ quondam Ne-
ro exectum formare in mulierẽ tentauerat; semet ictu gladij
transagit; adiuuante trepidantẽ manũ impuro; de q; diximus
Eunucho sporo; quom sane prius nullo reperto/ a q; feriretur
exclamaret, Itane nec amicũ habeo/ nec inimicũ, Dedecorose
uixi/ turpius peream, Perijt anno ætatis .xxxij, Hunc Persã-
in tantũ dilexerũt: ut legatos mitterent orantes copiam con-
struendi monimentĩ, Cætor; adeo cunctã puinciã omnisq;
Roma interitu eius exultauit/ ut plebs induta pileis; manus
missionũ tanq; sauo exempto exempta dño triumpharet

SERGIUS GALBA CESAR

AVGVSTVS.

VII.

GALBA nobili sulpitiõ; genere pgenitus/ sperauit men-
ses septẽ: diesq; totidẽ, Iste in adolentes infamis/ ad uescen-
dũ intemperans fuit, Triũ amicor; consilio idest Iunij/ Corne-
lij & Celsij cuncta disponens; adeo ut inter palatinas aedes pa-
riter & vulgo pedagogi dicerent, Hic ante sumptã dominati-
onẽ multas puincias egregie administrauit, militẽ sauerissi-
me tractans; ita ut ingresso eo castra: uulgaret statim, Disce
militare miles/ Galba est/ non gatulicus, Quom septuagesi-
mũ tertiuũ ætatis annũ ageret/ dũ factione Othonis accensas
legiões/ lorica tectus/ lenire cõtederet: ad lacũ curtium celsus ẽ.

SALVIUS OTHO CESAR AVGVVS.

VIII.

SALVIUS Otho splendidis ortus maioribus ex oppido Fe-
rentino, sperauit menses quattuor, Vita omni turpis maxime
adolescẽtia, Hic a Vitellio primũ apud Placentiam; dehinc
apud Bebricũ uictus/ semet gladio transfixit/ anno ætatis tri-
cesimo septimo/ adeo amabilis militibus proprijs; ut plariq;

corpore eius viso / suis manibus interierint.

AVLVVS VITELLIVS CESAR. AVG. IX.

VITELLIVS ortus familia nobili / patre Lucio Vitellio
ter consule, imperavit menses, viij. Ille mente crudelis; auarus
q; cū profusione fuit. Huius tempore Vespasianus in oriente
principatum abripuit. a cuius militibus certamine sub muris
urbis habito superatus; & palatio: quo se abdiderat Vitellius
vincis a tergo manibus / pductus circumducit ad spectaculū
vulgi. Ac ne homo impudens / in extremis saltē malorū: quē
gesserat: rubore faciem demitteret: subiecto in mentū gladio
seminudus multis scēno / fimo & cæteris turpioribus dicitur
purgamentis vultum eius incessentibus: per scalas gemonias
trahitur: ubi Sabinū Vespasiani fratrem necari permiserat: nu-
merosis ictibus confossus interijt. Vixit annis. lxxij. hi omnes
(quos paucis attigi) præcipue Cesarū gens adeo litteris culti:
atq; eloquentia fuere / ut ni cunctis vitijs absq; Augusto / ni-
mij forent: profecto texissent immodica flagitia.

VESPASIANVS FLAVIVS CESAR. AVG. X.

VESPASIANVS imperavit annis, x. Huius inter cætera
bona illud singulare fuit: inimicitias obliuiscit: adeo: ut vitellij
hostis sui filiam / locupletissime dotata / splendidissimo cōiun-
geret viro. Ferebat patienter amicorū motus: cōtumelijs eorū
(ut erat facetissimus) dicitis iocularibus respōdens. Namq; Li-
ciniū mutianū: quo adiutore ad imperiū peruenerat: fiducia
meritorū insolentē flectebat / adhibito utriq; familiari / id unū
dicens nosti me virū esse. Sed quid mirū in amicis: quom etiā
causidicorū obliqua dicta / & philosophorū cōtumaciam con-
temneret. Ille exanguem diu: fessumq; terrarū orbem breuire
fecit. Namq; primū satellites tyrannidis (nisi qui forte atrocius
longe pcellerāt) flectere potius maluit / quā excruciatius de-
lere. prudentissime ratus nefaria ministeria a pluribus metu
curari. Præterea legibus æquissimis monendo; q̄ quoq; vehe-
mentius: ē vitæ specie vitiorū plura aboleuerat. Infirmus ta-
men (uti quidam prauè putant) aduersus pecuniam: quom
satis consuet ærarij inopia: & clade urbium nouas eum ne-
q; postea habitas vectigalium pensiones exquisiuisse.

Hic Romam informem incendijs veteribus ac ruinis pmissa
 si dñi deessent volentibus ædificandi copia Capitolium: ad em-
 pacis: Claudijq; monimenta reparauit. Multaq; noua instituit
 Per omnes terras (qua ius romanum est) renouata: vrbes cultu
 egregio: via opibus maximis munita sunt. Tunc cauti mo-
 tes per flamineam sunt pronotransgressui (qua vulgariter per
 tusa petra uocatur. Mille gentes coposite: quum ducetas a ger-
 time reperisset extinxisse uicia tyrannorum plerisque rex Par-
 thorum uologeses metu solo in pace coactus est. Syria/ seu Pa-
 laestina/ necnon Cilicia trachea: & comagene quam hodie Au-
 gusto fratrem nominamus/ prouincijs accessere. Iudaei quo-
 que additi sunt. Hic monentibus amicis ut caueret a Metio pã-
 posiano. de quo sermo percrebuerat regnaturum fore: consul se-
 cit: astudens tali cauillo. Quamdoque memor erit tanti beneficii
 Institutum uero uniformem omni imperio tenuit Vigilare d' no-
 cte: publicisq; actibus absolutis: charos admittere: dum salutem
 calciameta sumens & regium uesitum. Post autem negotijs (quacum-
 que aduenissent: auditis exerciti uectatione. Postremo deique reg-
 escere ubi lauisset/ remissiore animo conuiuium curabat. Plura dice-
 re studium coegit impatoris boni quem ab Augusti morte: post
 annos sex & quinquaginta/ romana res publica exanguis sa-
 uitia tyrannorum/ quasi fato quodam/ ne penitus rueret/ ad se-
 cura est. Itaque annum agens uitae absque uno septuagesimum
 ferijs iocis (quibus delectabatur) admiscens interijt. Quippe p̄tio
 quum crinatum sidus apparuisset: istud (inquit) ad regem persarum
 pertinet: cui capillus effusior. Deinde uentris ingluuie fessus &
 allurgens/ stantem ait impatorem excedere terris decet.

TITVS VESPASIANVS CAESAR
 AVGVSTVS. XI.

TITVS uocabulo patris etiam Vespasianus dictus: Matre
 liberta Domicilla nomine genitus. Impauit an. ij. me. ij. dies
 xx. Ille a puero preclaris studijs/ probitatis/ militiae/ litterarum
 instantissime deditus: quo contendere/ animi & corporis mu-
 neribus ostendit: Hic ubi patriae curam suscepit: incedibile est
 optum (quos imitabatur) anteaerit: praecipue clementia/ libera-
 litate/ honorificentia: ac pecuniae contemptu: quae eo amplius

grata fuerit: q̄ ex nōnullis a priuato adhuc priuatis asperior:
luxuriæq; & auaritiæ amās credebāt fore. Nanq; præfecturā
prætorianā patre imperāte adeptus / suspectum quenz; et op
positū sibi immittis qui p̄ theatra & castra inuidiosa iactantes
ad poenā poscerēt: quasi criminis cōuictos oppressit. In cuius
Cecinnā consularē adhibitū Coenæ / vix dum triclinio egres
sum / ob suspicionem stupratæ berenicis vxoris suæ iugulari
iussit. Iurgia aut̄ sub patre venundata rapinarū cupidū unde
Neronē cuncti vocantes opinantesq; summam rer; nactum
grauiter acceperāt. Sed hæc in melius conuersa / adeo ei imor
talem gloriam cōtulere. vt delicia atq; amor humani generis
appellaret. Deniq; ut subijt onus regni; Berenicē nuptias su
as sperantē regredi domū: & eueruator; greges abire p̄cepit.
Quo facto signū ptulit mutatae int̄perantiæ. Dehinc quū
damnata cōcessaue a prioribus principibus firmare insequen
tes solerent. simul ut imperiū cepit: talia possidentibus edicto
sponte cōcessit. Quadā aut̄ die recordans vesperi nihil se cui
quā præstitisse / venerando cælestiq; dicto o Amici ait / diem
perdidimus: quia erat magnifice liberalitatis. Clementiam ve
ro vsq; eo perduxit / ut amplissimi ordines duo quū aduersus
eum cōiurassent; neq; abnuere cogitatū scelus quirent monu
erit primo. Post deductos in spectaculum se utrinq; assidere
iussit. Petitoq; ex industria mirmillonū / quor; pugnae vise
bant gladio: quasi ad explorandam aciem / uni atq; alteri cō
miserit: quibus perculsis & constantiam mirantibus diceret.
Vidētis ne potestates fato dari frustra; tentari facinus; Fra
ter est parantē insidias / militūq; animos sollicitantē. Flens sæ
pius obtestatus est: ne parricidio adsequi cuperet. qd̄ & se vo
lente esset obuenturū ei: etiam haberet cū sit particeps potesta
tis. Huius tēpore / mons Vesuuus in campaniā ardere cepit:
incendiumq; Romæ sine nocturna requie per tridū fuit. Lu
es quoq; quanta vix unq; antea fuit. Quibus tñ malis nōnul
lis vexatis / pecuniā ppria subuenit. Cunctis remedior; gene
ribus / nunc egrotantes p̄ semetipsū reficiens / nūc cōsolans
suor; mortibus afflictos. Vixit annis. xli. & in eodem (q̄ p̄
ter apd̄ sabinos) agro / febre interiit. Huius mors credi vix po
test. quantū luctus urbi prouincijsq; intulerit / adeo: ut eum

delicias publicas (sicut diximus) appellantes / quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent.

DONITIANVS FLAVIVS, CESAR, XII.

DOMITIANVS Domicillæ libertæ filius; germanus Tidi Imperauit annis, xv. Iste priò clementiã simulans / neq; adeo iners domi bellicq; tolerantior videbat. Idcircoq; catts germanosq; deuicit. Ius æquissime dixit, Romæ multa ædificia vel coepta; vel a fundamentis construxit; bibliothecas incendio consumptas / petitis undiq; (presertim Alexandria) exemplis reparauit. Sagittar; tam doctus fuit: ut inter patentes digitos extente manus viri pcul positi spicula tranuolarët. Dehinc atrox cædibus bonor; supplicia agere cepit / ac (more Caligulæ) dominũ sese deumq; dici coegit / signisq; ridicule remotis omnibus / muscar; agmina persequebat: furens libidine. Cuius foedum exercitiũ / græcor; lingua Clinopalem vocabat hinc percunctanti cuidam; quisq; ne in palatio esset, respõsum est: nec musca quidẽ. His eius saucijs ac maxime iniuriaverbor; qua se scortũ vocari dolebat accensus Antonius curans germaniã superiorẽ imperiũ corripuit. Quo per normaniũ Lappium acie strato, Domitianus longe deterior in omne hominũ genus / etiam in suos (ferar; more) grassabat. Igit metu crudelitatis & conscientie suæ / cõsurauere pleriq; impulsoribus Parthenio pcurante cubiculum & Stephano. Et tũ ob fraudem interceptæ pecuniæ / supplicium suspectate Clodiano. Adscita etiã in consilio tyranni uxore Domitia ob amorẽ Paridis histrionis a principe cruciatus formidantẽ; Domitianum multis vulneribus confoditum: post annum, xlv. vitæ. At senatus gladiatoris more funus offerri: radendũq; nomen decreuit. Huius tempore seculares ludicelebrati sunt.

NERVA COCCEIVS, XIII.

Hactenus Romæ; seu p Ytaliã orti Imperiũ rexere. Hinc aduenã: Vnde compertũ est urbem Romã externor; virtute creuisse. Quid enim Nerva prudentius / aut moderatius? Quid Traiano diuinius? quid præstantius adriano? Cocceius Nerva oppido Narniensi genitus / Imperauit menses, xvi. dies, x. Iste cum imperiũ suscepisset: mox rumore orto / viuere atq; affore Domitianũ; perinde trepidauit; ut colore muta

to/verbis amissis vix consisteret: sed a Parthenio confirmatus
recepta fiducia ad solempne delinimentū conuersus est: Qui
cum in curia a senatu gratanter exceptus esset: solus ex om-
nibus / Arrius Antonius vir acer: eiq; amicissimus / conditio-
nem Imperantiū prudenter exprimēs / amplexus eum grati-
lari se ait senatus: & populo prouintijsq; / ipsi aut nequq;: Cui
satiū fuerat malos semp principes eludere: quā tantū oneris
vim sustinentem aut molestijs modo & periculis subiici. Sed
famæ & inimicorū pariter & amicorū: qui cum se mereri om-
nia præsumant: si quicq; nō extorserunt / atrociores sunt ipsi
quoq; hostibus. Ille quicquid antea poenæ nomine tributis
accesserat: indulgit. afflictas ciuitates releuauit. puellas pue-
rosq; natos parentibus egestosis / sumptu publico per Italiae
oppida alii iussit. Hic ne accessu malūolorum terreretur Iunij
Mauritij constantis viri dicto ita admonetur: qui conuiuio fa-
miliari adhibitus / cum uerentone cōsulari honore functum:
quod apud Domitianū tamen multos occultis criminationi-
bus persecutum adesse vidisset: inter colloquia mentione ca-
tulli facta calumniatoris præcipui / dicente Nerua: Quid nūc
faceret: si Domitiano superuixisset. Nobiscum inquit Mau-
ricius cœnaret Hic iurgiorū disceptator & scientissimus & fre-
quens fuit. Calpurnium crassum / promissis ingentibus / ani-
mos militum pertentantem: detectum confossumq; / Taren-
tum cum uxore remouit / patribus lenitatem eius increpanti-
bus. Cūq; interfectores Domitiani ad exitium posceret tan-
tum est conterritus: ut neq; vomitum / neq; impetum ventris
valuerit differre: Et tamē vehementer obstitit dictitās equius
esse mori: q̄ auctoritatē imperij scēdare: p̄ditis potentia sum-
mendæ auctoribus. Sed milites neglecto principe requisiti
petroniū uno istu: Partheniū uero / demptis prius genitalib⁹
& in os cōiectis iugulauere. Redempto magnis sumptibus
Imperio qui scelere tam truci insolentior neruā cōpulit refer-
re ap̄d populū gratias militibus: quare pessimos nefando sc̄q;
omniū mortaliū peremissent. hic Traianū in liberi locū: inq;
ptem imperij adoptauit: cū q̄ tribus uixit annis: qui dū sugge-
rente ira / uoce q̄ maxima cōtra quendā regulū noīe in clama-
ret: sudore correptus eo die q̄ interiit: solis defectio facta est.

VLPIVS TRAIANVS. XIII

VLPIVS Traianus ex urbe Tudertina. Vlpíus ab auctore dicitur, Traianus a troio paterni generis auctore/vel de nomine Traiani patris sic appellatus. Imperauit annis, xx. Iste talem se reipub. præbuit: qualem vix/ ægreq; exprimere valuerunt summoꝝ scriptoꝝ miranda ingenia. Hic imperiũ apud Agrinam nobilem Gallia Coloniam suscepit: habens diligentiam in re militari: in ciuilibus lenitatẽ: in subleuandis ciuitatibus largitionẽ. Cunctq; duo sint q̄ ab egregijs principibus expectent / sanctitas domi: in armis fortitudo: utrobicq; prudentia tantus erat. In eo maximarq; reꝝ modus: ut quasi temperamento quodã virtutis micuisse videret: nisi quia cibo vinoq; paululum deditus erat. Liberalis in amicos: & tanq; vitæ conditione par societatibus perfrui. Hic ob honorẽ Suræ: cuius studio imperium abripuerat: lauacra condidit. de quo superuacaneum videt cuncta velle nominatim pmere: cũ satis sit excultũ atq; emendatũ dixisse. Fuit em̄ patiens laboris / studiosus optimi cuiusq; ac bellicosi / magisq; simpliciora ingenia aut eruditissimos (quãuis ipse parce esset scientiæ moderateq; eloquens) diligebat. Iusticiæ vero ac iuris humani diuinicq; rã repertor noui: quã inueterati custos: q̄ omnia eo maiora visebant / qd' per multos atq; atroces tyrannos perditõ atq; profstrato statu romano in remediũ tantoꝝ malõꝝ diuinitus credebant opportune electus / usq; eo ut adueniens imperiũ eius pleraq; mirifica denunciauerint: In quis præcipuũ cornicem e fastigio capitoliij. atticis sermonibus affata kalos. Huius exusti corporis cineres / relati Romã / humanicq; traiani foro sub eius columna / & ymago superposita sicuti triumphantes solent / in urbem inuecta lenatu præeunte & exercitu. Eo tẽpore multo perniciosius: quã sub Nerua Tiberis innondauit magna clade ædium. & terremotus grauis per puincias multas. atroxq; pestilentia: famelq; & incendia facta sunt. Quibus omnibus Traianus p̄ exquisita remedia plurimũ opitulatus est: statuens ne domoꝝ altitudo. lx. superaret pedes. ob rui nas facilis & sumptus (si quando talia cõtingerent) exitiosos Vnde merito pater patriæ dicitur est. Vixit annis. lxxiij.

AELIVS HADRIANVS. XV.

AELIVS hadrianus stirpis *Ytalicae*: *aelio* Hadriano Traianus
 ni principis consobrino/Hadriae orto genitus quia id oppidū
 agri piceniedā mari hadriatico nomē dedit. Imperauit annis
 xij. Hic graecis literis impensius eruditus/a plerisque Graecus
 lus appellatus est. Atheniensium studia:moresq; auxit/poeti/
 co nō sermone tantum; sed & ceteris disciplinis: canendi: psal
 lendi/medendiq; scientia musicis: geometria/ pictor/ fictor/
 ambulatorq;: ex aere vel marmore pxime polycletus & Eu
 phranoras. Proinde oīno ad ista effectus: ut elegātius nuncq;
 raro quicq; hūanā res expertae videant. Memor supra q; cui
 q; credibile ē: locos/negocia/milites/absentes q; noībus re
 censere re īmensi laboris. Quippe qui puīcias oēs passibus
 circūierit agmē comitantū preuertēs/cū oppida uniuersa res
 stitueret augeter ordinibus. Namq; ad specimē legionū milita
 rium fabros perpēdiculatores: architectos genūq; cunctum
 extruendorū mēniū; seu decorandorū in cohortes centuria
 uerat; quasi arbiter genitus imperij; mentis quodam artificio
 regens, ingeniū inuidum Lasciuum; & ad ostentationē sui
 insolens callide tegebat. Continentiam & facilitatē clementi
 am simulans: cōtraq; dissimulans ardorē gloriae: quo flagra
 bat acerrimus ad lacessendum/pariter & respondendū serijs:
 ioco maledictis: referre carmen carmini dictum. Dicitur pro
 fus ut meditātū crederes aduersus omnia. Huius uxor sabina:
 dum prope seruilibus iniurijs afficitur, aduoluntariam mors
 tem cōpulsā: quae palam factabat se: q; immane ingeniū per
 suasisset elaborasse: ne ex eo humani generis pernicies grauis
 daret/hic morbo subcutaneo quē diu placide pertulerat vic
 tus dolore/arduus/impatienq; plures e senatu extinxit. A re
 gibus multis pace occultis muneribus impetrata/factabat pa
 lam plus se ocio adeptum: quam armis ceteros. Officia sane
 publica/& palatina:necnō militie in eam formā statuitq; pau
 cis perConstantinū immutatis hodie perseverāt. Vixit annos
 lxij. Dehinc miserabili exitu consumptus est: cruciatu fere
 membrorū omnium confectus in tantum: ut sese interficien
 dum: ministros; fidissimis precans offerret. Ac ne in semetip
 sum sauiet/custodia charissimorū seruaretur.

ANTONINVS, FVLVIVS, PIVS. XVI.

ANTONINVS fuluius: seu Barinius dictus postea etiam Pius cognominatus est: Imperauit annis, xxiiij. Ille ab Adriano in filium adoptatus: cuius gener fuerat: tantæ bonitatis in principatu fuit: ut haud dubie sine exemplo vixerit. Quâuis euntimæ cōtulerit ætas sua cum orbem terræ nullo bello per annos, xxxiiij. auctoritate sola rexerit/ adeo tremētibz eum atq; amantibus cunctis regibus/ nationibusq; & populis: ut parentem: seu patronū magis: quā dominū imperatorē vere putarent. omnesq; uno ore in cælestium morem propitium optantes/ de controuersijs inter se iudicem poscerent. Quin etiam Indi; hyrcani/ legatos misere/ iusticia tanti imperatoris cōperta/ quā ornabat vultu sereno & pulchro/ pcerus membra/ decēter Validus/ priusq; salutandus prodiret/ degustans panis alictulum ne frigescente: circa præcordia per ieiunium sanguine viribus excessis interciperet. Eoq; actui publicorū laboribus minime sufficeret: quæ incredibili diligentia ad speciem optimi patrisfamilias exequēbat appetentia gloriæ carens & ostentatione: adeo mansuetus ut instantibus patribz ad eos qui contra eum coniurauerant: persequendo cōpresserit quæstionem præfatus. Necessè nō esse sceleris/ in semetipsis cupidos/ pertinacius indagari: ne si plures indagarentur reperirentur: quantis odio esset: intelligeretur. Igitur cū esset annorū, lxxiiij. apud Lorios villa propria milibus passuum, xij ab urbe febrī paucorū diez post tres atq; viginti annos imperij consumptus est: ob cuius honorē templa sacerdotes/ atq; infinita alia decreta sunt. Vsq; eo autē mitis fuit: vt quū ob inopiæ frumētariae suspitionē lapidibus a plebe romana perstringeret: maluerit ratione exposita placare: q; vlcisci seditionē.

M. ANTONINVS, PIVS. XVII.

MARCVS autē Antoninus imperauit annis, xviiij. Ille virtutum omniū cælestisq; ingenij exiit. Aerumnisq; publicis quasi defensor obiectus est. Etenim nisi ad illa tēpora natus esset: pfecto quasi uno lapsu ruisissent omnia status ro. Quippe ab armis quies nuncq; erat/ perq; omnē orientem illyricū/ Italiam/ Galliamq; bella feruebant. Terræmotus nō sine interitu ciuitatum: inundationes fluminum: lues crebræ locustarū species agris infestæ: prorsus/ ut prope nihil; quo summis ans

gombus atteri mortales solent; dici siue cogitari queat qd' non
illo i perante fauerit. Credo diuinitus attributu; ut dum mun
di lex; seu aliunde na quid hominibus incognitu gignit recto
ru consilijs tanq; medicinae remedijs leniat. Is ppinquu suu
Aniu Veru ad i perij parte nouo beniuolentiae genere adsci
uit; qui Verona inter atq; cōcordia iterfaciens icu sanguinis
que morbu grae apoplexi vocat vndecio i perij anno extin
ctus est. Carminu maxie tragicor; studiosus ingenij asperi at
q; lasciu.

M. ANTONINVS. XVIII.

Post cuius obitu, M. Antoninus temp. solus tenuit a princ
pio vitæ tranquillissimus adeo; ut ab infantia vultum nec ex
gaudio ex moerore mutauerit; philosophiae studens; litteraru
q; graeae; Hic permisit viris clarioribus; ut conuiuia eode cul
tu; quo ipse & ministris similibus exhiberent. Hic quu arario
exhausto largitiones quas militibus impenderet/nō haberet
neq; indicere puñcialibus; aut senatui aliquid vellet/instru
mentor; regij cultus (facta in foro traiano sectione) distrahit.
Vasa aurea/pocula cristallina & murina; vxoriam ac suam se
ricam/& auream vestem multa ornamenta gemmar; ac per
duos cōtinuos menses venditio habita est; multumq; auri re
daatum. Post victoriā tamē emptoribus precia restituit; qui
reddi comparata voluerūt. Molestus nulli fuit; qui maluit se
mel empta retinere. Huius tēpore casius tyrannidē arripens;
extinctus est. Ipse vitæ anno quinquagesimo nono; apd' Ben
dobonā morbo consumptus ē. De eius nūcio Romā puecto
confusa luctu publico urbe senatus incuria veste terra indus
tus lacrimans cōuenit. Et qd' de Romulo aegre creditum est;
omnes pari sensu praesumpserūt. Marcum caelo receptū esse
Ob cuius honore tēpla; columnae multaq; alia decreta sunt.

AVRELIVS, COMMODVS. XIX

AVRELIVS commodus; Antonij filius Antoninus et ip
se dictus; Imperauit annis. xij. Hic qualis futurus esset; in ip
so primordio ostendit. Nam cum in supremis moneret a pas
rente attritos iam barbaros ne pmitteret vires recipere; respō
dit ab incolumi(quus paulatim) negocia perfici posse a mor
tuo nihil Sauior omnibus libidine atq; auaricia/crudelitate.
Nulli fidus magisq; i eos atrox quos amplissimis honoribus

donisq; ingentibus extulerat. intantū deprauatus: vt gladias
torijs armis: sæpissime in amphitheatro dimicauerit. Huic
Martia generis libertini forma: tamē meretricijsq; partibus pol
lens. quū animū eius penitus deuinxisset. egresso e balneo ve
neni poculum obtulit. Ad extremū ab immisso validissimo
palæstrita cōpressis faucibus expirauit anno vitæ. xxxij

AELIUS PERTINAX. XX

AELIUS pertinax imperauit dies. lxxxv. Iste coactus impe
rauit: repugnansq; suscipiens / tale cognomentū sortitus est.
Origine orientis fordida / prefecturā urbi agens: imperator effe
ctus / scelere Iuliani multis vulneribus obruncat; annos na
tus. vij. atq; lx. Huius caput tota urbe circūuectum est. hoc
exitu obiit vir ad humanę cōuersationis exemplum: per labo
ris genera uniuersa absumptus puectusq; eo ut fortunę voca
ret pila. nā libertino genitus p̄re: apud ligures in agro Squilido
Iollij gentiani: cuius in præfectura quoq; clientē se esse libens
tissime fatebat. Fuit doctor litterarū quæ a grāmaticis tradun
tur blandus magis q̄ beneficus / vnde eum græcō noīe chre
stologon appellauere. Nunq; iniuriā accepta ad ulciscendum
ductus. amabat simplicitatē cōmunem se affatu: conuiuio:
incessu. præbebat: huic mortuo diuī nomen decretū est. Ob
cuius laudem ingeminatis ad usq; defectum plausibus: accla
matū est. Pertinace imperante securi viximus. neminē timui
mus: patri pio: patri senatus: patri omnium bonorū.

DIDIMVS. IULIANVS. XXI

DIDIMVS Iulianus ortu mediolanensis imperauit mensi
bus septem. vir nobilissimus iureperitissimus / factiosus: præ
ceps / regni audus. Hoc tēpore niger pescenninus apud An
thiochiā / in pannonia fabaria: Septimus Seuerus creantur
augusti. Ab hoc Seuero Iulianus in abditas palatij balneas
ductus extenta damnatorū modo ceruice / decollat caputq; e
ius in rostris ponitur.

SEPTIMVS. SEVERVS. XXII

Septimus Seuerus imperauit annis. xvij. hic pescenninum in
teremit / hominē omnium turpitudinū. Sub eo aut Albinus
qui in Gallia se cæsare fecerat: apud Lugdunū occiditur. Hic
Seuerus filios suos successores suos reliquit bassianū & Gerā

Hic in Britannia vallum per. xxxij. passuum missa a mari ad mare deduxit. Fuit bellicosissimus omnium: qui ante eum fuerunt acer ingenio ad omnia quae intendisset in fine perseverans. Benivolentia quae inclinasset; mirabilis ac perpetua; ad querendum diligens ad largiendum liberalis: in amicos inimicosque pariter vehementes. Quippe qui latranum Cilonem Amilinum; Bassum caeterosque alios ditaret. Aedibus quoque memoratu dignis quae precipuas videmus parthorum quae dicuntur ac laterant. Hic nulli in domo tua suo permisit honores venundari/ Latinis litteris sufficienter instructus; punica eloquentia promptior: Quippe genitus apud Lepi provinciae Africae. Is dum memborum omnium maxime pedum dolore pati nequiret; veneni vice: quod ei negabatur cibum grauis ac plurime carnis avidius inuasit: quem quam conficere non posset; cruditate passus expirauit. Vixit annos. lxxv.

ANTONINVS CARACALLA: XXIII

Aurelius Antoninus Bassianus Caracalla Seueri filius: Lugduno genitus. imperauit solus annis sex. Hic bassianus ex aui materni nomine dictus est. At quem Gallia vestem plurimam deuexisset; tales quae Caragalas fecisset; coegissetque plebem ad se salutandum indutam talibus introire de nomine huius vestis Caragalla cognominatus est. Hic fratrem suum Geram peremit. ob quam causam: furore poenas dedit/ dirarum insectatione quae non immerito ultrices vocantur/ a quo post furorem conualuit. Hic corpore Alexandri macedonis conspecto/ magnam atque Alexandrum se iussit appellari/ affectantium fallacis eoproductus: uti truci fronte: & ad laeuum humerum conuersa ceruice: quod in ore Alexandri notauerat incedens; fidem vultus simillimi persuaderet sibi. Fuit impatiens libidinis. Quippe qui nouercam suam duxit uxorem/ cum carras iter faceret/ apud Edissam secedens; ad officia naturalia a milite: qui quasi ad custodiam sequebatur interfectus est. Vixit annis septe. xxx. Corpus eius Romam relatum est.

MACRINVS XXIII

MACRINVS cum Diadumeno filio ab exercitu imperatores creati imperauerunt menses. xiiij. Ab eodem exercitu obruncatur: pro eo: quia Macrinus militarem luxuriam stipendiaque profusiora comprimeret.

AVRELIUS, ANTONINVS, VERVS. XXV

AVRELIUS Antoninus verus idem heliogabalus dictus: ex semea caracele concubina occulte stuprata filius: imperavit biennio & mēſibus octio. Huius matris semeae/avus Bassianus noīe fuerat: solis sacerdos. Is quū Romā ingenti militū ac senatus expectatione venisset probris se omnibus cōtamnauit. Cupiditatē stupri: q̄; assequi naturae defectu nondū poterat: in se cōuertens/muliebri noīe se Bassianā p bassiano iusserat appellari. Vestalem virginē quasi matrimonio adiūgens suo abscissisq; genitalibus matris se magnae sacrauit. Hic Macellū: qui post Alexander dictus est: consobrinū suū Caesarē fecit/ ipse tumultu militari interfectus est: Huius corpus per urbis vias/more canini cadaueris a milite tractum est/militantium cauillo appellantium indomitae & rabidae libidinis catulam. Nouissime quū angustum foramē cloacae corpus minime reciperet: usq; ad Tiberim deductum adiecto pōdere: ne unq; emergeret: in fluuiū piectum est. Vixit annis. xvi. atq; ex rebus: quae acciderant: tiberim tractimq; usq; appellatus est.

SEVERVS, ALEXANDER. XXVI.

SEVERVS Alexander imperavit annis. xiiij. Hic bonis reip. fuit ærumnosus. Sub hoc imperate Taurinus augustus effectus est. Ob timorē ipse se Euphrate fluuio obsecit. Tunc etiam Maximinus regnū arripuit: pluribus de exercitu corruptis. Alexander vero: quū deserī semet ab stipatoribus vidisset: matrē sibi causam mortis fuisse exclamans/accurenti percussori/obuoluto capite/ceruices suas valide cōpressus praebuit/anno vitæ. xxvi. Huius mater māmea eo filium coegerat ut illa ipsa permodica si mensae prandiaq; superessent quāuis conuiuo reponerentur.

IULIUS MAXIMINVS. XXVII.

IULIUS Maximinus thrax ex militaribus/imperavit annis tribus. Is dum persequitur pecuniosos: insones pariter noxi osq; apud seditionē militum discerptus est: una cum filio clamantibus cunctis militari ioco, ex pessimo genere ne catulū habendum. Huius imperio duo Gordiani pater & filius principatum arripientes/vnus post unum interiire: Pari etiā tenore Pupianus & Balbinus regnum inuadentes perempti sunt.

GORDIANVS . XXVIII.

GORDIANVS nepos Gordiani ex filia ortus, Romæ clarissimo patre. Imperauit annis sex/ apud Chtesiphontē a Philippo prefecto pratorio accensis in seditionem militibus/ occiditur anno vitæ. xx. Corpus eius ppe fines romani persicq; imperij positum/ nomen loco dedit sepulcrum Gordiani,

PHILIPPVS. XXIX

MARCVS Iulius philippus imperauit annis. v. Veronæ ab exercitu interfectus est: medio capite supra ordines dentium perciso. Filius autē eius Gallus Iulius Saturninus: quē potentia sociauerat: Romæ occiditur agens vitæ annos: xij. Adeo feruere & tristis animi: ut iam tū a quinquēni ætate nullo proflus cuiusq; cōmento/ ad ridendū solui potuerit. patrēq; ludis sæcularibus petulantius cachinnantē (q̄q; adhuc tener) vultu notauerit auersato. Is Philippus humillimo ortus loco fuit/ p̄ nobilissimo latronū ductore.

DECIVS XXX

DETIVS e Pannonia Bubalia natus imperauit menses. xxx. Hic Deciu filiū suū caesare fecit: vtr̄ artibus cunctis virtutibusq; instructus/ placidus & cōis domi & armis/ prōptissimus ī solo barbarico: iter cōfusas turbas gurgite paludis submersus ē ita ut nec cadauer eius potuerit iueniri. Filius vero eius bello extinctus ē. vixit an. l. huius t̄pibus Valens lucinianus imperator effectus;

VIRIVS. GALLVS. XXXI

VIRIVS Gallus cum Volefano filio imperauerunt annis duobus. Horū temporibus Hostelianus perpēna a senatu imperator creatus: nec multo post pestilentia consumptus est. Sub his etiā Aemilianus in Mœsia imperator effectus est: contra quem ambo prefecti apud Interamnē ab exercitu suo ceduntur anno ætatis pater septimo circiter & quadragesimo creati in insula Eninge: quæ nunc Girba dicitur. Aemilianus vero mense quarto dominatus apud Spoletium: siue p̄tem: quem ab eius cæde Sanguinariū accepisse nomen ferunt: inter Oriculum Narniamq; spoletium & urbem Romam regione mediā positum. Fuit autem genere: maureus pugna/ nec tamen præceps. Vixit annis. iij. minus. l.

LICINIVS. VALERIANVS. XXXII

LICINIUS Valerianus cognomento colobius/iperavit annis. xv. parētibus ortus splendidissimis: stolidus tñ & multū iners/ necq; ad usum aliquē publicū/ officio consilio seu ge-
stis accommodatus. Hic filiū suū Galienū Augustū fecit: Galienūq; filiū: Cornelīū Valerianū cæsarē. His i perantibus Aemili-
anus inmoesia, Cassius labienus posthumus in Gallia, Galien-
ni filio interfecto/ imperatores effecti sunt. Pari mō Aelianus apd̄ Mogontiā: quū in Aegypto Aemilianus/ apd̄ Macedo-
nas Valens, Mediolani Aureolus dominatū inuasere. Valeri-
anus verō in Mesopotamia bellū gerēs, a Sapote persarū rege
superatus: mox etiā captus est apd̄ Parthos ignobili seruitute
cōsenuit: Nam q̄ diu vixit rex eiusdē puinciae in curuato eo/
pedem ceruicibus eius i ponens/ equū ascendere solitus erat.

GALIENVS. XXXIII

GALIENVS: quidē in loco Cornelij filij sui Salonianū al-
terū filiū subrogauit/ amori diuerso pelicū deditus Saloninae
cōiugis & cōcubinae: quā p̄ pactiōnē cōcessa parte superioris
Pannoniae/ ap̄ re Marcomanorū rege/ matrimonio sp̄cie/ su-
sceperat Pipā noīe, nouissime aduersus Aureolū p̄fectus est:
quē cū apd̄ pontē: qui ex eius noīe Aureolus appellat̄ obten-
tum detrususq; Mediolanum obsedit. Eiusdem Aureoli cōs-
mento a suis interijt. Regnauit annis quindecim. Cum patre
vij. et. viij. Vixit annis. l.

CLAVDIUS XXXIII.

CLAVDIUS imperauit annis. ij. hunc pleriq; putant Gor-
diano satum: dum alij Licensia muliere matura institueret ad
vxorem. Hinc Claudius galieni morientis sententia i perator
designatus: ad quē Ticini positū p̄ Galloniū basilium indu-
menta regia direxerat. Extinctoq; a suis Aureolo receptis re-
gionibus aduersum aut alamennorus haud p̄cula lacu Bena-
ci dimicans tantā multitudinem fudit/ ut ægre pars dimidia
superfuerit. His diebus Victorinus regnum coepit. Claudius
ȳo cū ex fatalibus libris (qs̄ inspicī p̄ceperat) cognouisset sen-
tentiae in senatu dicende premi morte remediū desiderari. Pō-
ponio basso: qui tūc erat: se offerēte ipse vitā suā haud passus
respōsa frustrari/ dono reip. dedit prefatus neminē tanti ordi-
nis primas h̄re ip̄m i peratorē ea res: sicut erat cūctis gratia nō

diui vocabulum modo sed ex auro statuā ppe ipsum Iouis si
mulacrū atq; in curia imaginem auream pceram sacrauere.

QVINTILIUS. XXXV.

Huic successit frater eius quintilius. Is paucis diebus imperi
um tenens interemptus est

AVRELIANVS XXXVI

AVRELIANVS genitus patre mediocri & ut quidā ferūt
Aurelij clarissimi senatoris colono/inter Daciam et Macedo
niā; imperauit annis. v. Iste haud dissimilis fuit magno Alexā
dro; seu Cæsari dictatori. Nam romanā urbem triennio ab in
uasoribus recepit; Cum Alexander annis. xiiij. per victori
as ingentes ad Indiam peruenerit. & C. Cæsar decennio sub
ægerit gallos/aduersum ciues quadriennio cōgressus. Iste in
Italia tribus præijs victor fuit/ apud placentiam iuxta amnē
Metaurū, ac phanū fortune; postremo ticinensibus incampis
Huius tpe apud Dalmatas septimus imperator effectus mox
a suis obruncat. Hoc tpe in urbe roma monetarij rebellarūt
quos Aurelianus victor ultima crudelitate cōpescuit. Iste pri
mus apud romanos dyadema capiti innexuit gemmisq; &
aurata omni veste (qd' adhuc fere incognitū romanis mori/
bus visebat) usus est. Hic muris validioribus & laxioribus
urbem sepelit. Hic Tetricū/ qui imperator ab Gallis ab exerci
tu effectus fuerat correctorē Lucaniæ puexit; aspergens hor
minē elegantī ioco/ sublimius habendū regere aliquā Italiae
partē quā trans alpes regnare. Nouissime fraude serui sui qui
ad quosdā militares/ viros amicos/ ipsius noia pertulit/ adno
tata falso manū eius imitatus tanq; Aurelianus ipsos pararet
occidere; ab iisdem interfectus est; in itinere medio: quod in
ter Constantinopolim & Heracliam est. Fuit sacius et sangui
narius et trux omī tpe etiā filij sororis intersector. Hoc tempo
re septem mensibus interregni species euenit.

TACITVS. XXXVII.

TACITVS post hūc suscepit imperiū vir egregie moratus
qui ducentesimo iperiij die apud Tharsum febris moritur.

FLORIANVS XXXVIII.

Huic successit Florianus. sed quū magna pars exercitus equi
tantū probū militiæ peritū legisset; Florianus dieb; ix. quasi

per ludum imperio usus: incisis a semetipso venis/ effuso sanguine consumptus est.

PROBUS; XXXIX

PROBUS genitus patre Agresti hortorū studioso dalmatio sanguine. Imperauit annis. vi. Iste Saturninū in oriente: Proculum & Bonosum Agrippinæ imperatores effectos opprefsit. Vineas Gallos & Pannonios habere pmisit. ope militari Almū montē apud Sirmiū: & Aureū apud Mœsiam superiorē vineis conseruit. Hic Sirmio in turri ferrata occidit.

CARVS XL.

CARVS Narbone natus: imperauit annis. ij. Iste confestim Carinū & Numerianū cæsares fecit. Hic apud Ctesiphōta ictu fulminis interijt. Numerianus quoq; filius eius quū oculorū dolore correptus/ in lecticula veheret impulsore Apro (qui pater eius erat) p̄ insidias occisus est/ cū dolo occultaret eius mors: quousq; Aper inuadere posset imperiū: foetore cadaueris scelus est proditū. Hic Sabinus Iulianū inuadens imperium/ a Carino in campis veronensibus occidit. Hic Carinus omnibus se sceleribus inquinauit: plurimos innocios/ fictis criminibus occidit. Matrimonia nobilium corrupit. Conditi scipulis quoq; qui eum in auditorio verbi fatigatione taxauerant: perniciosus fuit. Ad extremū trucidatur: eius precipue tribuni dextra/ cuius dicebatur uxorem polluisse.

DIOCLETIANVS. XLI

DIOCLETIANVS dalmata: Amilini senatoris libertinus matre pariter atq; oppido Dioclea: quorū vocabulis: donec imperiū assumeret Diocles appellatus est. Vbi orbis romani potentia caput: Graium nomen in romanū morē conuertit. Imperauit annis. xxv. Is Maximianū Augustum effecit: Constantium & Galerū Maximianū cognomento armentariū/ cæsares creauit: Tradens Constantio Theodorā; Herculi maximiani priuignā/ abiecta uxore priori. Hoc tempore Carausio in Gallijs/ Achilleus apud aegyptū; Iulianus in Ytalia/ imperatores effecti diuerso exitu periere. e quibus Iulianus acto per costas pugione in ignē abiecit se: Diocletianus vero apud Nicomediam sponte imperiales fasces relinquens in proprijs agris consenuit. qui dū ab Herculo atq; Galerio ad recipiendum imperiū rogaret; tanq; pestem aliquā detestans in hunc

modū respondit. Vtinā salone possētis visere/holera nostris
manibus instituta; pfecto nunq̄ istud tentandum iudicaretis
Vixit annis. lxxviiij. Ex quis cōmuni habitu prope nouē agit
morte consumptus est (ut satis patuit) per formidinē volun-
tariā. Quippe cū a Constantino atq; Licinio vocatus ad festa
nuptiarū per senectam; quum minus interesse valeret; excusa-
uisset. ter scriptis minacibus acceptis; quibus increpabat. Ma-
xentio fauisse; ac Maximino fauere/suspectans necem dede-
corosam; venenū dicit haurisse. His diebus Constantius con-
stantini pater atq; armentarius; Cæsares Augusti appellant;
Creatis cæsaribus fauero p Italiā; Maximini Galleri sororis
filio p orientē. Eodēq; tpe constantinus cæsar efficit Maxenti-
us iperator in villa sex milibus ab urbe discreta itinere Lauica
no/dehic Licinius Aug. efficit pariq; mō Alexander apd car-
raginē iperator fit; siliq; mō valens iperator creat; q̄q; exitus
iste fuit. Seuerus ab Herculia Maximiano Romæ intra taber-
nas extinguit. Funusq; eius Galieni sepulcro infertur; quod
ab urbe abest per Appiam milibus nouem.

MAXIMIANVS XLII.

GALERIVS Maximianus cōsumptis genitalibus defecit
Maximianus herculesus a cōstantino apd Massiliā obsessus
Deinde captus/pœnas mortis genere/postremo fractis laq̄o
ceruicibus/alexāder a constantini exercitu sugulat. Maxenti-
us dū aduersus constantinū cōgredit paulo superius a ponte
miluio/in pontē nauigijs cōpositū; ab lateri ingredi festinans
lapsū equi in pfundū demersus ē/voratūq; limo; pōdere tho-
racis; corpus vix repertū Maximianus apd tarsum morte sim-
plici perit. valens a Licinio morte mulctat. Fuerūt aut mor-
hmōi; Aurelius maximianus cognomēto herculesus; ferus na-
tura/ardēs lib. diē/ cōsilijs stolidus/ortu agresti/pānonioq;
Nā etiā nūchaud lōge eminent Sirmio/locus palatio ibidē cō-
structo; ubi parētes exercebāt opa mercēnariā/ ætate interijt
sexagenarius; ānorū. xx. ipator. Genuit ex eutropia Syra mu-
liere maxentiū & faustā cōiugē constantini. Cuius p̄ri cōstari-
nio tradiderat Theodorā priuignā. Sed maxentiū suppositū
ferūt arte muliebri tenere mariti aim laborātis auspicio/ gra-
tissimi cecepta puero; is Maximianus charus nunq; illi fuit;
nec patri aut focero quidem Galerio.

GALLERIVS, XLIII.

GALERIVS aut̄ fuit licet inculta agrestiq; iusticia satis laudabilis: pulcher corpore: eximius & felix bellator/ortus parētibus agrarijs, pastor armentor; vnde ei cognomen armentarius fuit: ortus datiaripensī: ibiq; sepultus est: quē locū Romulianū etiā vocabulo romulæ matris appellarat: is insolenter affirmare ausus est matre more olympiadis Alexandri magni creatricis cōpressam dracone semet cōcepisse.

GALERIVS, XLIII.

GALERIVS maximinus sorore armentarij pgenitus veroq; nomie ante imperiū daza dictus cæsar quadriennio, De hinc per orientē augustus triennio fuit: ortu quidē atq; instituto pastoralī verē sapientissimi cuiusq; ac litterator; cultor/ ingenio quieto/vini avidior. Quo ebrius quedam corrupta mente aspera iubebat: qui cū pigeret factum differri: quē præcepisset: in tempus sobriū ac matutinū statuit.

ALEXANDER, XLV

ALEXANDER fuit phryx origine: ingenio timidus: inferior aduersus laborē/vitio senectæ ætatis. His oibus absumptis imperij iura penes constantinū & liciniū deuenere.

CONSTANTINVS, XLVI

CONSTANTINVS Constantij imperatoris & Helenæ filius. Imperauit annis. xxx. Hic dū iuuenulus Agalerio in urbe Roma religionis specie obses teneret/fugā arripiens atq; ad frustrandos insequentes/publica iumenta quaq; iter ægerat interfecit: & ad patrē in Britanniam peruenit. & forte h̄sdē diebus ibidem Constantiū parentē fata ultima perurgebant. quo mortuo: cunctis qui aderāt: adnitentibus: sed præcipue Eroco alemannor; rege auxilij gratia Constantiū comitatu imperiū capit. Hic sororē suā Constantiam Licinio medio lanū accito coniūgit/filiumq; suū Crispū noie ex mineruina cōcubina susceptū. Idem constantinū h̄sdem diebus natum: oppido Arelatensi/Licinianūq; licinij filiū mensium fere. xx cæsares effecti. Verē em̄uero (ut imperia difficile cū concordia custodiunt) dissidiū inter Liciniū Constantinūq; exoritur primūq; apud cibalas iuxta paludem Hiulcā noie/Constantino nocte castra Licinij irrūpente: Licinius fugā petijt Bizan

lumq; fugā volucris peruenit/ibi Martinianū officiorū magi-
strum Cæsare creat. Dehinc Constantinus acie potior apud Bi-
thyniam adegit Licinium pacta salute indumentū regium of-
ferre per uxore; inde Thessalonicā missum paulopost eum/
Martinianumq; iugulari iubet. Hic Licinius annū dñationis
fere post quartū decimū/vitę pxime sexagesimū occidit/aua-
ritię cupidine omnīū pessimus. eque alienus a luxu ventris:
asper admodum aut mediocriter impatiens. Infestus litteris:
quas p̄ inscitiam imōdicā virus ac pestem publicā nomiabat
præcipue forensē industriā. Agraribus plane ac rusticantis
bus: quia ab eo genere ortus altiusq; erat. satis utilis ac militię
custos/ ad veterę instituta seuerissimus. sp̄adonū & aulicorū
omniū vehemens domitor/tineas/soricesq; palatij eos appel-
lans: at Cōstantinus obtento totius romani imperij (mira bel-
lorū felicitate) regimine. fausta cōiuge (ut putant) suggerente:
Crispum filiū necari iubet: dehinc uxore suā faustam; in bal-
neas ardentē coniectam interemit; cū eum mater Helena ar-
dore nimio nepotis increparet. Fuit vero ultra quā æstimari
potest: laudis auīdus. Hic Traianū herbā paretariā (ob titu-
los multos ædibus inscripro) appellare solitus erat. Hic pon-
tem in Danubio construxit: habitum regium gēmis & caput
exornans perpetuo diademate: Cōmodissimus tamen rebus
multis fuit. Calumnias sedare legibus seuerissimis/nutrire ar-
tes bonas: p̄cipua studia litterarū: legere ipse: scribere/ medita-
ri: audire legationes & q̄rimōnias puinciāz. quūq; liberis fili-
oq; fratris: Delmatio cæsaribus cōfirmatis/ tres & .lx. annis vi-
xisset: ex quibus dimidiōs ita ut tredecim solus iperaret; mor-
bo consumptus est: irrisor potiusq; blandus. Vnde prouer-
bio vulgari/trachala. x. annos præstantissimus. xij. sequentis
bus latro decē nouissimis pupillus/ ob pfusiones imodicas
nominatus. Corpus sepultū in Byzantio (Constantinopoli
dicta) Quo mortuo Delmatius/ militum vi. necat: ita ad tres
orbis romani redacta dominatio est. Constantino: & Cōstan-
tino: & Constante filiis Constantini. Hi singuli has partes regē-
das habuerūt. Constantinus iunior cuncta trans alpes. Con-
stantius a freto p̄pontidis Asiā atq; orientē. Cōstans illyricū
Italiāq; & aphricā/dalmatiā/thraciā/macedoniāq; et achaiā.

HANNIBALLIANVS. XLVII

HANNIBALLIANVS Dalmatij cæsaris confanguineus
Harmeniã nationesq; circumfocias, interim ob Italiae Aphris
cæq; ius dissentire; statim Constantius & Constans coeperunt;
Constantius atrocini specie/ dum incautus foedeq; temulen
tus in aliena irruit; obtruncatus est; proiectusq; in fluvium/ cui
nomen Alsa est; nõ longe ab Aquileia, Constans vero venã
di cupidine; dum per sylvas saltusq; erraret; conspirauere ali
quanti militares in eius necem (auctoribus Crestio & Marcel
lino/ simulq; Maxentio) qui ubi parandi negotij dies placu
cuit; Marcellinus natalem filij simulans; pluresq; ad cenam
rogat; itaq; in multam noctem cõuiuiõ celebrato/ Maxentius
us quasi ad ventris secreta fecedens habitũ venerabilem capit
ea re cognita/ Constans fugere conatus; apud Helenam oppi
dum Pyrenæo proximũ; a Gaifone cum lectissimis misso in
terfici; ur anno terriodecimo Augustæ dnationis. Nam cæsar
triennio fuerat/ æui septimouicesimoq;. Hic fuit debilis pedis
bus/ manibusq; articulorũ dolore; fortunatus cæli tẽperie frus
tuum prouentu nulla a barbaris formidine; q̃ pfecto maior
sa fuerint; si prouinciarũ rectores/ nõ pretio; sed iudicio proue
xisset. Huius morte cognita Vetratio magister militũ/ impe
rium in Pannonia apud Mursiam corripuit, quẽ Constantius
nõ post multos dies regno exiit; grandæuo ætate/ nõ vltim
modo sed etiam voluptarium ocium concedens. Fuit autem
prope ad stultitiã simplicissimus.

CŌNSTANTIVS. LXIII

CONSTANTIVS Galerij fratrem patrualem cæsare p̃nun
ciat; sorore Constantinã illi coniungens, Maxentius quoq;
Dicentium confanguineum suum trans Alpes cæsare crea
uit. His diebus Romæ Nepotianus Eutrophie Cõstantini so
roris filius/ hortatibus perditis Augusti nomẽ rapit, quẽ octa
uo die vicesimoq;/ Maxentius oppressit. Hoc tẽpore Cõstan
tius cũ Maxentio apud Mursiam dimicans vicit; in q̃ bello pe
ne nuncq; amplius romanæ consumptæ sunt vires; totiusq; im
perij fortunæ pessundatæ. De hinc quũ se Maxentius in Itali
am recepisset; apud Thicanum plures fudit incautos & (ut in
victoria solet) audacius persequens; nec multo post apud Lu

gdunū coangustatus gladio occulte prouiso / ictum pulsi par
rietis iuuans transfosso latere: ut erat vasti corporis) vulnere:
naribus atq; ore cruorē effundens / mense imperij quadragesi
mosecundo: atatis vero. xl. expirauit. ortus parentibus: qui
Galliam habitant: legendi studio prōptus: sermonis acer / ani
mi tumidi: imodice timidus: artifex tamen ad occultandā (au
daciæ specie) formidinem. Eius morte audita Decentius / la
queo fasciæ / ad collum posito vitam finiuit. Hoc tēpore Gal
lus cæsar a Constantio occiditur. Imperauit annis quattuor.

SILVIANVS. XLIX.

SILVIANVS Imperator effectus die imperij, xxviii. perimi
tur: fuit ingenio blandissimus: quamq; barbaro patre genitus
tamen institutione Romana satis cultus & patiens.

CONSTANTIUS L.

CONSTANTIUS Claudiū iulianū fratrem Galli: honore cæ
saris assumit: annis natū fere tribus atq; .xx. Iste in cāpis Argē
toratensibus apud Gallias / cū paucis militibus infinitas hosti
um copias deleuit. Stabāt acerui montū similes. fluebat crus
or fluminū nō captus rex nobilis Nodomarius, fusi oēs opti
mares. Reddit? limes romanæ possessionis: ac postmodū cū
Alemānis dimicās / potentissimū eorū regē Badomariū cepit
Hic a militibus Gallicanis Augustus p̄nunciat. Hic Constan
tius urgere legationibus / in statū nomenq; pristinū reuertī.

IULIANVS. LI

IULIANVS mandatis mollioribus / refert se sub noīe Celsi
si imperij multo officiosus pariturum: Hic Constantius ma
gis magisq; ardens dolore (atq; ut erat talium impatiens) in ra
dicibus Tauri montis apud Mopsocrenē febrī acerrima: quā
indignatio nimia vigilijs augebat: Interijt anno xui quarto &
quadragesimo: imperij nono atq; tricésimo: verū Augustus
quartovicésimoq; octo solus: cū fratribus atq; Maxentio sex
decim: quindecim Cæsar. Félix bellis ciuilibus: externis lacry
mabilis: mirus artifex in sagittis. a cibo / vinoq; et somno mul
tum intēperans: patiens laboris: facundiæ cupidus: quā quū
adsequi tarditate ingenij non posset: alijs inuidebat. Spado
rum aliquorūq; amori deditus & vxorū quibus cōtentus nul
la libidine tranuersa aut iniusta polluebat. Sed ex cōiugibus

quas plurimas sortitus est: precipue Eusebiam dilexit: decoram quidē: verē per amantias & Gorgonias: & alia īportuna ministeria vexantē famam viri: cōtra q̄ sceminis modestioribus mos est: quarē saepe p̄cepta viros iuuant: Namq; vt ceteras omittam: pompeia plotina (incredibile dictū ē) quāto auxerit gloriā Traiani: cuius pcuratores cū puincias calumnijs agerent/ adeo ut unus ex his diceret locupletū: quemq; ita conuenire. Quare habes ad mensam: vnde habes tertium pone qui habes/ illa coniugē corripuit. atq; increpans q̄ laudis suae esset incuriosus: talem reddidit: ut postea exactiones īprobans/ detestans fiscum lienē vocaret: q̄ ea crescente/ artus reliqui ta bescant. Igit̄ Iulianus redacta ad unū se orbis romani curatio ne/ gloriā nimis cupidus/ in Persas pficiscit̄. Illic a transfuga quodā in insidias deductus: cū eum hinc inde Parthi urgerēt e castris iam positis/ abrepto tantū clipeo pcurrit. cunq; incōsulto ardore/ nititur ordines ad praelium cōponere: ab uno ex hostibus & quidē surgente conto percutitur. Relatusq; in tabernaculum/ rursusq; ad horrandos suos egressus: paulatim sanguine vacuatus. circa noctis fere mediū/ defecit praefatus: consulto sese de īperio nihil mandare: ne (ut solet) in multitudine discrepantibus studijs amicis ex inuidia rei p̄ discordia exercitus periculum pararet. Fuerat in eo litterarū ac negociorū ingens scientia: eo iuuauerat philosophos & grecorū sapientissimos/ usu p̄optior corporis: q̄ validus quidē/ sed breuis fuit. Haec minuebat quarundā rerū neglectus modus Cupido laudis immodica cultus numinū superstiosus/ audax plusq; imperatorē decet. Cuius salus ppria: cū semp̄ ad securitatē omnium (in bello maxime) cōseruanda est. Ita illum cupido gloriāe flagrantior paruifecerat: ut neq; terremotu/ neq; plerūq; praesagijs: quibus vetabat̄ petere Persidem abductus sit. sinē ponere ardori/ ac ne noctu quidem visus ingens globus caelo labante diem belli cautum praestiterit.

IOVINIANVS. LII

IOVINIANVS genitus patre Varroniano. incola agri Sindonensis puinciae Pannoniae īperauit menses octo. Eius patris cū liberos crebros amitteret: p̄ceptū somnio est eum: qui iam instante uxoris partu: edendū foret: diceret Iouinianum.

Hic fuit insignis corpore / latus ingenio / litterarū studiosus:
Hic dum a Perside hyeme aspera mediæq; Constantinopolim
accelerans cruditate stomachi / tectorio noui operis grauatus
repente interiit: annos gerens proxime .xl.

VALENTINIANVS LIII

VALENTINIANVS imperauit annis .xij. minus diebus
centū. Huius pater Gratianus mediocri stirpe ortus: apud Cy
balas funarius appellatus est: eo q̄ uenalicium funē portantū
quinq; milites nequirēt extorquere. eo merito adscitus in mi
litiam usq; ad præfecturæ prætorianæ / potentiā conscendit. ob
cuius apud milites cōmendationē Valentiniano imperiū redi
nenti aggerit. Hic valentē consanguineū suū sibi lociū in im
perio adiciuit. ac demū Gratianū filiū / nec dum plene pubes
rem / hortatu socrus & uxoris Augustum creauit. Hic valen
tinianus fuit vultu decens: sollers ingenio / aīo grauis / sermo
ne cultissimus (q̄q; em̄ ad loquendum parcus) seuerus: vehe
mens: infestus tamen vitijs: maximæq; avariciæ / cuius puni
tor ipse fuit acer & in ijs: q̄ memoraturus sum Hadriano pro
ximus genere vetustissimorū meminisse noua arma meditari:
fingere terra seu limo simulacra prudenter uti locis tēporibus
sermonibus: atq; ut breuiter concludā semp criminibus: quis
sefe quasi fidissimis prudentissimisq; dederat: careret aut pro
batis eruditis p̄ monitoribus / utilicuisset / perfectus haud dū
bīe princeps enituisset. Huius tpe firmus apud Mauritaniam
regnū inuadens extinguit. Valentinianus apd̄ Bergentionē
legationi Quadorū respōdens anno æui quinto & qui quage
simo ipetu sanguinis: voce amissa sensu integer expirauit: qd̄
quidē intēperantia cibi ac saturitate. qua artus diffuderat acci
disse plures detulere. Itaq; eo mortuo Valentinianus adhuc
quadriennis auctore equitio ac Merobaude propinquo ubi
cum matre fuerat adlatus creatus est imperator.

VALENS. LIIII.

VALENS vna cū Valentiniano germano suo (de quo dixi
mus) regnauit annos .x. menses .v. Hic Valens cū Gothicis la
crynabili bello cōmissio / sagittis saucijs / in casam deportat
vilissimā: ubi supuenientibus Gothicis igniq; supposito incē
dio cōcrematus est. In q̄ pbanda hæc fuere. fuit possessoribus

consultor bonus, mutare iudicia; charus in amicos fidus irasci
sine noxa ac periculis cuiusq; sane valde timidus, huius tem
poribus procopius tyrannus cadens exinguitur.

GRATIANVS LV

GRATIANVS genitus Sirmi/iperauit cū patre Valentini
ano annis, viij, dies, lxxxv, cū patruo & fratre, iij, cum eodem
fratre ac Theodosio, iij, Et cū his omnibus accedente archadio
menses sex, Hic apud argentariū oppidū galliæ, xxx, alaman
noꝝ milia in bello extinxit: Hic cū animaduertisset Thraciā/
Daciāq; tanq; genitales terras possidentibus gotthis triballis;
atq; omni pernicie atrocioribus hunnis & alanis/ extremū pe
riculum instare nomini romano; accitū ab Hispania theodosi
um/ cunctis fauentibus; agentū annū a tricesimo tertū impe
rium cōmittit, Fuit aut gratianus litteris haus mediocriter in
stitutus /carmen facere; ornate loqui; explicare cōtrouersias/
rhetorꝝ more, Nihil aliud die noctuq; agere; quā spiculis me
ditari/summæq; voluptatis/diuinæq; artis credere ferre peri
te sibi destinata/ cibi vini ac libidinis victor; Cū tūcq; esset ple
nus bonis; si ad cognoscendā reipu, grerendæ scientiā animū
intendisset, a qua ppe alienus nō mō voluntate sed etiā exerci
tatio fuit, Nam dū exercitū negligeret & paucos ex alanis (q; s
ingētū auro ad se transtulerat) anteferet veteri ac romano mis
liti adeoq; barbaroꝝ comitatu; et ppe amicitia capi; ut nō nū
q; eodē habitu iter faceret; odia cōtra se militū excitauit; hoc
tēpore cū maximus apd Britannia/ tyrannidē arripuisset; &
in Gallia transmisisset; ab infensis gratiano legionibus excep
tus/gratianū fugauit, nec mora extinxit; q; vixit ānis, xxxviij

THEODOSIVS, LVI

THEODOSIVS genitus patre Honorio; matre thermātia;
genere hispanus/originē a traiano principe trahens/a Gratia
no augusto apud Sirmium iperator effectus; regnauit annis
xxvij, Huic ferūt nomē somniū parētes monitos sacrauisse:
ut latine intelligimus adeo datū; De hoc etiā oraculo in Asia
diuulgatū est; eū Valenti successurū cuius nomē e theta, & e
& o, atq; a græcis litteris iniatiaret; qua cognitiōe principij de
ceptus theodorus; cū sibi imperiū presumeret scelestæ cupidi
nis supplicia pcepit, Fuit aut Theodosius ppagator reip, atq;

defensor eximius. Nam hunnos & gothos qui eā sub valente defatigassent / diuersis prelijs vicit: cū persis quoq; petitus pacem pepigit. Maximū autē tyrannū: qui Gratiā interfece- rat & sibi Gallias vendicabat: apud Aquilegiā extinxit: V- ctorem quoq; eius filiū intra infantiae annos: a Maximo patre Augustū factū / necauit. Eugeniū quoq; tyrannū atq; Arbo- galtem superauit: decēt milibus pugnatōrū. Hic & em Eugeniū confusus viribus Arbogastis / postq; apud Vi- ennā Valentinianū extinxerat: regnū inuasit: sed mox simul cū vita i peritū perdidit. Fuit autē Theodosius moribus & corpore Traiano similis. quantū scripta veterū & pictura edocēt sic eminēs status / membra eadē par casaries / os absq; eo q; il- li aliquantū vellendo / steriles genæ atq; tā ingētes oculi erant nescio an & tāta gratia tantusq; flos in facie: seu tāta dignitas in incessu. Mens vero p̄sus similis adeo: ut nihil dici queat / qd̄ nō ex libris in istum videat transferri / clemēs animis / mi- sericors: cōis solo habitu differre se ceteris putās. In oēs hoīes honorificus / verē effusus in bonos simpliciā ingenia æque di- ligere / erudita mirari / sed innoxia largiri magno aio / magna amare ciues / vel priuato cōtubernio cognitos / eosq; honoris- bus pecunia: beneficijs ceteris p̄sertim: quorū erga se: velut patrem aspero casū officia pbauerat. Illa tñ quibus Traianus aspersus est. v̄nolentia. s. & cupidinē triumphandi / usq; eo detestatus est: ut bella nō mouerit: sed inuenerit / phibueritq; Lege / ministeria lasciuia: psaltriasq; cōmestationibus ad hibe- ri. Tantū pudori tribuens & cōtinentiæ vt consobrinæ nup- tias vetuerit tanq; reorū. Litteris (si nimīū perfectos contēple- mur) mediocriter doctus. sagax plane / multūq; diligēs ad no- scenda morū gesta: e quibus nō desinebat execrari veterū facta superba crudelia libertati / quæ infesta legerat: at Cinnam Ma- rium syllam q; atq; uniuersos dominantium / præcipue ta- men perfidos & ingratos. Irasci sane rebus indignis: sed flexi- cito / vñ modica dilatione emolliebat. Aliqñ seuera p̄cepta ha- buit de liuio: vel qd̄ augustus a philosophiæ doctore: didice- rat: qui cū vidisset eum facile cōmoueri: ne asperū aliquid sta- tueret: monuit ut ubi irasci cœpisset quattuor atq; xx. grecas litteras memoria recenseret: ut illa concitatio quę momētū est

mente alio traducta / parui temporis interfectu / languesceret
Melior haud dubie; qd' est clare virtutis post auctā annis poe
nitentiam regalem multoq; maxime post ciuilem victoriam.
Nam & annonæ curā soli citius attendere; & auri argentiq;
graue pondus / sublati atq; expensā a tyranno multis e suo re
stitueret / cū benigni principis & quidem vix fundos solerent
nudos ac de formata predia concedere / iam illa minutiora; &
ut dicitur: intra aulam: quæ quia occulta sunt magis naturæ
hominū curiose oculos auresq; ad se trahunt. Patruum coles
re tanq; genitorem. fratris mortui / sororisq; liberos habere p
suis. Cognatos ad finesq; parentis animo complecti; elegans
lætumq; conuiuium dare / non tamen sumptuosum miscere
colloquia personis studia dignitatibus / sermone cum graui
tate iocundo blandus pater / concors maritus exercebat / ne
q; in latebras / neq; ad lassitudinem ambulationibus magnis;
cum esset ocium reficiebat animū / ad vescendū continentiam
valitudinē regebat. Sicq; in pace rebus humanis annū agens
quingagesimū; apud Mediolanū excessit. utrāq; remp. utri
q; idest arcadio & honorio quietam relinquens. corpus eius
eodem anno Constantinopolim translatū atq; sepultum est.

¶ Finis.

LAVRENTIUS ABSTEMIUS LECTORIS.

Libuit adijcere Benuenuti imolensis libellum: qui Augusta
lis dicit: nō ob aliquā viri elegantia aut eloquentiam: (utrāq;
em ei nō ingenij sed temporū culpa defuit) Sed quia Cæsariū
uitas mira breuitate. & veridica narratione cōplexus est. Fuit
em hæc rerū inuestigator. egregius: quē Aeneas Siluius: qui
adeptus pontificatum Pius secundus dicitus est. tantifecit: ut
huic libello vitas quattuor imperatorū: qui post obitū Benue
nuti imperarunt non sit dedignatus adiungere. vt ipse in prin
cipio suæ testatur Europæ.

PII SECUNDI VERBA.

Odagrante me nuper & arteticis doloribus (ut soleo)
p laborante / librarius quidam teutonicus adijt libellum
afferens / in quo Romanorū cæsariū nō tam gesta q; no

mina & pauca de moribus cōtinebant; usq; ad Venceslaū ka-
roli quartū filiū. Cūq; illi opusculo. iiii. imperatores deesse
viderent. Nā Benuenutus imolensis eius operis auctor sub
Venceslao decesserat rogauit me/ut adijcerem quod deerat
Nolui turbari hominem. Compleui ad ætatem nostrā impe-
ratorū numerum breuitatem illius qui præcesserat imitatus

LIBELLVS QVI DICITVR AVGVSTALIS.

Continens sub cōpendio breuem descriptionē omnīū
Augustorū ad illustre Azonem Marchionē Estensem.

o Ptas clarissime Marchio Heroicarū cultor virtutū pos-
se faciliter & cito internoscere bona & mala principū
Romanorū. Vt utrorūq; sine notato cautior fias emū-
nentīū speculo exemplorū. Parebo libens & calculantis more
rem magnā breui oratiōe sūmabo. Quia nō modicū confer-
cōmoditatis; ad cognitionē rerū gestarū (præsertim postq; ve-
nit tempus gratiæ; quo rex uniuersi & urbē & orbem totū ad
unam voluit redigi monarchiam) noscere annos; quibus quis
q; principū imperauit; nō per modū narrantis/ sed potius nu-
merantis/ singulorū tēpora breuiter (imo transcurrenter) per-
stringam/ lucido cū sermone. Est autē utiliter præsciendū; qd
omnes historiarū scriptores catholici; siue in obsequiū fidei; si-
ue ob aliam causam sicut Orosius in hormesta mundi; & alij
plures incipiunt descriptores a Cæsare Augusto; quia sub eo
Christus nasci dignatus est; a q̄ incepit primitiua ecclesia; vel
quia diutius imperauit & salubrius rep. gubernauit. Vnde
videt velle/ qd Cæsar fuerit potius quidā p̄cursor iperij
Sicut Baptista fuit p̄cursor dñi. Omnes vero gentiles historici
incipiunt a Iulio cæsare. sicut Suetonius et alij q̄s magis sequi
intendo; quia nō aliud quā veritatē tradere posteris curauit.

DE IVLIO CAESARE.

Primus igitur qui romanū arripuit imperiū; fuit Iulius Cæ-
sar Lutij filius; valentissimus omnīū principū; qui in vigore
animi non habuit parem; nec ante se nec post se. Hic vixit an-
nis. lvi. Imperauit autē post finē bellorū suorū annis tribus &
septē mensibus; interfectus ī medio senatus. xxij. vulneribus.

DE CAESARE AVGVSTO. II

Cæsar Augustus dictus Octavius siue Octavianus a natiuitate pnepos & filius adoptiuus successit illi in imperio. hic fuit foelicissimus omnium priorum & posteriorum. nam alta prudentia sua imperauit prudenter / & laudabiliter tot annis quæ cæsar vixit scilicet. lvi. et mensibus sex: de quibus regnavit. xij. cum antonio & Lepido triumuiris. Reliquum temporis cum magna pace et tranquillitate orbis: clauso templo iani: & vixit annis. lxxvi. minus xxxv. diebus. mortuus est foeliciter apud Nolam ciuitatem Campaniæ.

DE TIBERIO. III.

Tiberius priuignus Augusti ex Liuiâ adoptatus / ab eo hæres fuit imperij. Hic (ut ait Plinius) fuit tristissimus hominum: senex foedissimus omni turpitudine luxuriarum & ebrietatum Fuit tamen serenus victor in iuuentute: De quo dicit Orosius quod ex mansuetissimo principe conuersus est in foerissimam bestiam cum non impetrasset quod christus pro deo haberet. Mortuus est graui morbo vel veneno. Vixit annis. lxxviij. imperauit annis. xxiiij

DE CAIO CALLIGVLA. IIII

Caius Calligula nepos Tiberij / natus ex Germanico filio Drusi: qui fuerat frater ipsius Tiberij. Hic fuit iuuenis pessimus omnium / excepto Nerone: omni scelere contaminatus qui vixit annis. xxxiiij. imperauit annis. iij. mensibus. x. diebus. viij interfectus coniuratione suorum. xxx. vulneribus & turpiter tractus.

DE CLAVDIO. V

Claudius nepos Tiberij natus ex Druso: patruus Caij Calligulae indifferens fuit & varius multum / quia prima ætate semper fuit infirmus: vilis & tristis. unde cum debuit succedere Tiberio: Caius fuit sibi prelatus. Fuit tamen satis utilis: sed infortunatus in uxoribus: De quarum una Messalina scribit Cornelius Tacitus: & Iuuenalis dicit. Et lassata uiris nondum satiata recessit. Altera uero Agrippina mater Neronis ipsum Claudium uenenauit in fungis: Claudius vixit annis. lxiiij. imperauit uero satis congrue annis. xiiij.

DE NERONE: VI.

Nero de gente Domitia priuignus Claudij: & gener eius adoptatus ab eo fraude Agrippinae. Hic fuit nequissimus omnium hominum / hostis humani generis: Ideo iudicatus hostis a senatu in

terfecit se pugione/ quatuor miliaribus lōge ab urbe: cū impe-
rasset annis paulominus, xiiij. vixit annis, xxxij. et familia cæ-
saris in Nerone defecit.

DE GALBA. VII

Galba senex de nobili stirpe suspitior: iperator septimus
post Neronē: vir vitiosus/ cōmisit se totū regendū vitiosissi-
mis seruis: omnibus odiosus. Occisus est in foro a militibus
Otthonis: cū imperasset mensibus, viij. vixit annis, lxxij.

DE OTHONE VIII.

Otho iperator, viij. fuit nobilis hō natus ex equite romano.
nō poterat esse bonus nec carus bonis: quia fuerat familiarissi-
mis Neroni: fuit tñ dilectissimus militibus: qvictus a vitellio
se occidit pugione: cū iperasset, xcv. diebus/ anno ætatis, lvij.

DE VITELLIO. IX.

Vitellius nobilis de gēte vitellior: vir p funde gulæ et crudel-
q a puericia fuit educatus iter meretrices Tiberij: vituperatissi-
me occisus in furore populi/ iter ludibria et tormēta. regnavit
mēsibus, viij. vixit annis, lvij. Et nota q Orosius Othonē &
Vitellium abijcit de numero principum.

DE VESPASIANO X

Vespasianus nobil de gēte Flavia: successit decimus in ipe-
ori Vitellio: cū esset dux belli iudaici p Nerōe. Hic fuit sapiēs
senex & utilis reip. qui vixit annis, lxxix. mensibus, iij. diebus
viij. iperauit annis, x. mensibus, viij. diebus. & mortuusest ex
fluxu ventris.

DE TITO. XI.

Titus vespasiani filius clarissimus oī virtute: gloriosissimū
triumphū duxit de iudeis simul cū patre: quia ambo simul im-
perauerūt: ut dicit Plinius (optimus testis) quia scribit vespasi-
ano & hic amore oīm: tenuit iperitū solus/ annis, ij. mensibus
ij. diebus, xx. vixit annis, xli. Mortuus est febre/ cum magno
placū omniū.

DE DOMITIANO. XII.

Domitianus filius Vespasiani frater Titicostis virtutū patris
& fratris: crudelis sanguinarius: persecutor Moschetarū xpīa-
norū & iudeorū. qui vixit annis, xlv. iperauit annis, xv. & mē-
sibus quinq. tandem occisus a suis in camera.

DE NERVA. XIII

Nerva senex/ satis nobil honestus & modestus: cōtrarius do-
mitiano factus est ipator/ opa occisorū eius domitiani gadop

cauit Traianū in filiū / ppter egregiam eius virtutē. Vixit annis. lxxij. imperauit anno uno / & feliciter mortuus est: naturali morte.

DE TRAIANO. XIII

Traianus ortus Romæ: cuius antiqui fuerūt hispani. Omnium augustorū summæ iusticiæ / clementiæ & ciuilitatis / quibus vir diuinus: mirabilis virtute & felicitate Romanū imperium satis infirmū / magnifice ampliāuit. Hic vixit annis. lxiij. mensibus. ix. &. iij. diebus. Imperauit annis. xvij. mensibus sex. et mortuus est fluxu ventris.

DE HADRIANO XV.

Hadrianus (ut scribit Spartianus) natus ex consobriuo Traiani / filius adoptiuus eius: cuius maiores fuerūt in Italia tēporibus Scipionū / vir magnæ scientiæ: maxime eloquentiæ / nūc crudelis: nūc clemens. qui plus percurrit puincias romani imperij quā alius imperator / Hadrianus vitæ tedio afflictus / petebat occidi: & mortuus est. anno ætatis. lxxij. & mense tertio. cum imperasset annis. xxi. & mensibus. xi.

DE ANTONINO PIO. XVI.

Antonius Pius genere Hadriani & filius adoptiuus: vir forma pulcher: insignis ingenio & eloquio; magnæ litteraturæ moderatissimus: benignus: qui romanū imperiū plus studuit conseruare / quā ampliāre: habens in ore illud verbū Scipionis: Malo unū eiuē seruare quā mille hostes occidere. Antoninus vero perijt anno. lxx. Imperauit annis. xxiij. feliciter & in pace: & demum mortuus est febre & quasi dormiens.

DE ANTONINO GENERO PII. XVII

Antoninus Verus genere Pij successit ei imperio cū Lucio fratre suo. Isti duo fratres primū simul vocati sunt augusti. Iste verus sapienter celauit & supportauit vitia fratris: qui regnauit secū. xi. annis. Fuit em̄ magnus philosophus / sanctitate vitæ omnibus pponendus: nunq̄ mutans vultū. Qui vir tantæ virtutis poterat dici foelix: si uxorē Faustina & filiū cōmodū nō habuisset. imperauit ānis. xvij. vixit. lxi. mortuus ē morbo

DE ANTONINO COMMODO. XVIII

Antoninus cōmodus filius veri paternarū virtutū hostis crudelis: luxuriosus: qui a puericia fuit toto corpore omni turpitudine foedatus / trecentas meretrices: & totidē pulchros pue

ros in palatio habēs: infamator oīm: & ab oīmibus infamatus
fortis solū in pugnis bestiæ/ cōmodus oīmibus in cōmodo
qui cū imperasset. xij. annis. strangulatus fuit cū cōmoditate
omniū.

DE PERTINACE. XIX

Pertinax factus īperator/ mandato senatus: fuit genere ig/
nobilis & patre libertino: sed nobilis moribus: senex venera/
bilis: tēperatus/ cōtrarius cōmodo reputatus est auarus: dilec/
tus populo: militibus odiosus: vnde occisus est a militibus in
domo sua opera Iuliani. Vixit annis. lx. & sex mensibus. Im/
perauit mensibus sex/ & .xxv. diebus.

DE IULIANO DIDIO. XX

Iulianus Didius post Pertinacē assumpsit imperiū: qui fuit
nepos Iuliani magni iurisconsulti: qđ magis nobilitauit eum
Cuius antiqui fuerūt de mediolano. Iulianus fuit parcissimus
hoim: miserrime viuens. vñ odiosus poplo/ desertus ab oīm/
bus priuatus īperio: auctoritate senatus/ & in palatio occisus
Vixit. xlvi. annis: & mensibus. iij. Imperauit. lxxv. diebus.

DE SEVERO. XXI.

Seuerus solus in numero principū fuit ex Africa: qui vir ma/
gnus & fortis grandia bella gessit. Terribilis senatui & popu/
lo: sed militibus amabilis/ quia maius stipendiū dedit/ qđ ali/
quis īperator. Hic tantū annonæ reliquit in morte: qđ suffice/
re poterat urbi. vij. annis dando. lxxv. milia modiorū in die:
de q̄ dixit senatus: qđ nunqđ debuit nasci vel nunqđ mori. Se/
uerus vixit annis. lxxxix. mortuus ē in Brytānia cū īperasset
annis. xvij.

DE BASSIANO. XXII

Bassianus filius Seueri: dictus Antoninus Caracalla: suc/
cessit patri imperio/ asperior eo: luxuriosus nīmium: qui Papi/
ninianum magnum iurisconsultum trucidari fecit: quia rep/
hendebat eum: quod duxerat Iuliam nouercam suam in uxō/
rē. Hic imperauit annis quasi sex/ & occisus est apđ Carras/
insidijs Macrini prefecti/ anno ætatis. xliij.

DE MACRINO. XXIII.

Macrinus occiso Bassiano accepit imperiū/ homo omniū
vitiōz vilissime natus: & vilissimus seruus/ sub Cōmodo
qui voluit Antoninus vocari: quia nullus bonus vel verus vi/
debat imperator sine tali noīe: Fuit crudelis: sanguinarius: in

uentor nouarum mortium. Sed post annum sui imperij occi-
sus fuit apud Antiochiam ab Heliogabalo.

DE VARIO HELIOGABALO. XXIII

Varius Heliogabalus reputatus filius Bassiani/ ex Semira-
mia vulgarissima meretrice: ad cuius voluntatē fecit omnia tur-
pia: impurius omni bestia. Occisus est cōiuratione militū/ & de-
iectus in cloacā stercoreariā/ & mater cū eo/ dignissima tali fili-
o luxurioso: pdigo: ebrio: qui nō est nominādus homo/ sed
oppupa foedissima. Imperauit sic vitiose annis tribus

DE ALEXANDRO. XXV

Alexāder filius Varij/ cōsobrinus heliogabali: natus ex Mam-
māa xpianissima muliere: accepit imperiū ad remediū gene-
ris hūani: q̄ iuuenis virtuosissimus (purgatis Heliogabali ma-
lis) remp. salubriter gubernauit: cōsilio Vlpiani: q̄ fuit legalis
scientiāe p̄iceps. habuit ipse Alexāder oēs dotes naturę et for-
tunę: & vitas honorę principū/ metricē scripsit. Vixit annis
xxxviij. mēsis. iij. diebus. viij. Imperauit annis. xiiij. occisus ē
in Gallia opa Maximini a militibus: qđ indignū visum ē: nā
oēs boni p̄cipes (ut plurimū) bene mortui sunt & mali male

DE MAXIMINO. XXVI.

Maximinus natus de regiōe Thraciā/ et matre barbarus sine
auctoritate senatus: & dictus fuit a militibus Augustus: q̄ fuit
magnus ut gigas fortissimus/ ferus & asper/ ac supbus: nullū
aīal crudelius fuit in terris. Vñ milites in Africa fecerūt ipe-
ratorē Gordianū senē grauissimū. sed Maximinus occiso Cor-
diano & filio eius iuene/ veniebat cōtra Romā fulminās: Se-
natus territus fecit tres iperatores cōtra eū. s. Pupienū Albinū
& Gordianū puulū nepotē Gordiani senis. Maximinus apđ
Aquilę occisus ē a militibus cū filio suo/ cū iperasset annis
tribus.

DE GORDIANO. XXVII

Gordianus tertius qui appellatus fuit Augustus a senatu cū
Pupieno & Albino/ illis occisis fraude militū: qui iperauerāt:
duobus annis solus tenuit iperiū valde puer: cui nihil deficie-
bat nisi ætas: amabil' & gratiofus. Hic cū bella feliciter gereret
in Oriente ex cōsilio Musichei sui generi/ viri pdissimi: inter-
fectus fuit a militibus fraude Philippi arabis: dicentis. q̄ puer
nesciebat regere bene imperium: Imperauit annis sex.

DE PHILIPPO. XXVIII

Philippus de Arabia post Gordiannū factus imperator. Philippū filiū fecit participē regni: qui de vili genere natus; superbe imperavit annis. vii. et nihil laudabiliter fecit nisi qd̄ fuit primus imperator xp̄ianus; & ambo interfecti sunt a tumultu militari/ ex defectu Decij: pater Veronę: filius Romę. ¶ Et hic nota q̄ oīs augustus ē cęsar; sed nō ecōuerso. nā cęsar est electus a p̄ncipe vel exercitu: Augustus vero confirmatus a senatu.

DE DECIO. XXIX

Decius de Pannonia natus: vir industria militari strenuus: occisis Philippis inuasit imperium: quod tenuit annis tribus & ipse cum filio (quem cęsarem fecerat) occisus est in medio barbarorę: cum bellum pararet contra Aemilianum: qui in Moesia rebellauerat. Crudelis fuit contra christianos

DE GALLO HOSTILIANO XXX.

Gallus Hostilianus post mortem Deciorum successit imperio cum filio suo Volusiano: quod tenuit ānis vix duobus Quo tempore persecutionē fecerunt in Christianos & pestis ubiq; generaliter fuit pessima.

DE VALERIANO. XXXI.

Valerianus ab exercitu appellatus est Augustus/ volente populo/ & gaudente senatu: qui fuit vir nobilis sanguine: scientia clarus: eloquentia gloriosus: sed infelicissimus omnium. Nam captus a rege Persarę in misera seruitute consenuit: substinens semper in tergo regem: cum ascenderet equum. Hic vixit annis. lxx. Imperavit annis septem.

DE GALIENO. XXXII

Galienus filius Valeriani: qui iam erat cęsar: factus est loco patris Augustus a senatu: qui ocio marcens & luxuria: totū se voluptatibus dedit: neglecto patre & imperio. Vñ triginta tyrāni inuasērūt imperiū: fuit tamē poeta clarus. Vnde cū celebraret semel nuptias tenens sponsum & sponsam per manus/ dixit istos vsus. Ite simul pueri: pariter sudate medullis Oibus inter vos non murmura vestra columbæ Brachia non hederæ: nō vincant oscula conchæ. Imperavit annis. xi.

DE CLAVDIO SECUNDO. XXXIII

Claudius secundus imperator factus est de voluntate senatus

Dicit in se habuisse bona omnium principum: sicut virtutem Tra-
iani; pietatem Antonini; prudentiam Augusti. Hic victis feliciter
Gothis / mortuus ex infirmitate. Familiare suis virtutibus cae-
lum petijt; cum imperasset quasi duobus annis / quod mortuo Quintili-
us frater ipsius vir optimus / imperium tenuit solum. xvij. diebus
& occisus est.

DE AVRELIANO XXXIII

Aurelianus natus ex parentibus paruis barbaris; fuit fortis-
simus vir; & in omni armorum genere exercitatus a pueritia / qui
magna bella gessit in oriente. & muros urbis plus ampliavit /
quam aliquis ante vel post: sed clementiam non habuit; quae est pri-
ma virtus principum. Fuit namque triumphus eius gloriosissimus
Nanae zenobiam magnanimam mulierem; quae magnifice vendicave-
rat sibi Syriam; duxit ante cursum triumphalem / ligatam multis aure-
is catenis. imperavit annis. v. mensibus. vi. occisus fraude no-
tarum suarum apud Bizantium.

DE TACITO XXXV

Tactus vir consularis & grauis / senex factus est imperator; cum
summa concordia & deliberatione longa militum senatus & po-
puli. Temperatus / sobrius & honestus; lectione librorum delect-
tatus. Non fecit magna propter temporis breuitatem; quia solum
vixit. vi. mensibus in imperio / & mortuus est morbo.

DE FLORIANO. XXXVI

Florianus frater eius similis; imperium tenuit mensibus
duobus; & occisus est insidijs militum.

DE PROBO. XXXVII

Probus de Pannonia oriundus; de ciuitate Syrmienensi nobi-
liori matre; qui vere probus; iudicio omnium bonorum factus im-
perator. Remp. quietissimam & securissimam reddidit / nobilissi-
mis virtutibus clarus; sub magnis ducibus Valeriano Aure-
liano & Claudio. Multa & magna bella feliciter & probiter ges-
sit: terror barbarorum; ideo finaliter occisus est a militibus apud
Syrmium; quia nimis eos grauabat precijs & laboribus; anno impe-
rij. v.

DE CARO. XXXVIII

Carus Narbonensis visus est militibus dignus imperio; post
mortem Probi. & tamen medius fuit inter principes bonos et ma-
los. Hic capta ciuitate Carrarum / in Perside longius procedendo
cum exercitu; fulminatus est cum imperasset per spacium duorum anno-
rum. Carus habuit duos filios caesares; quorum minor Numerianus

nus magnus orator & poeta fuit: sine pari / tempore suo occisus est prodicione Apri soceri sui: qui volebat occupare imperium. Minor autem nomine Carinus contaminatissimus omnium victus & occisus est a Diocletiano.

DE DIOCLETIANO XXXIX

Diocletianus cum bonus princeps quereretur / occiso Numeriano / est appellatus consensu omnium Augustus. vir magnus / prudens / alti consilij qui dicebat bonus cautus optimus venditur imperator. Cum autem solus libere imperaret: subito ortis magnis bellis Diocletianus fecit Augustum Maximianum / quem a principio fecerat caesarem / & elegit Constantium patrem magni Constantini: & Galerium post magnas bellorum victorias. Diocletianus senex reduxit se primus ad vitam priuata / apud Solonas ciuitatem Dalmatiae patriam suam / & Maximianus coactus ab eodem fecit apud Mediolanum. & Diocletianus in oriente. & Maximianus in occidente crudelius persecuti sunt christianos: quam Valerianus / Aurelianus / Decius & ceteri. Diocletianus venenum bibit anno aetatis. lxxviij. cum imperasset annis. xx.

DE CONSTANTIO ET GALERIO. XL

Constantius & Galerius caesares: facti Augusti: diuiserunt imperium inter se. Nam Constantius contentus Gallia & Hispania ceteras prouincias collegae cessit. Constantius ex patre Eutropio nobili romano fuit: vir optime constantiae & ciuilitatis / omnibus amabilis: ac etiam venerabilis: qui mortuus est in Britannia / anno principatus sui. xiiij. relicto filio Constantino ex Helena.

DE GALERIO. XLI.

Galerius cum imperasset in Hilyrico / milites praetoriani Romanae fecerunt imperatorem Maxentium filium Maximiani: contra quem Galerius misit quendam Seuerum / qui cum incredibili multitudine obsedit Romam / & tandem prodicione suorum a Maxentio fugiens occisus est: & Maxentius confirmatus imperio factus est saeuissimus tyrannus. Galerius vero post multa mala quae fecerat / in christianos: dum pararet venire in Italiam: morbo fastidiendo putrefactus / cum vermes incessabiliter emitteret de corpore / cruciatus impatiens / se manu sua interfecit anno imperij. x.

DE CONSTANTINO XLII

Constantinus magnus Constantij filius / omni virtute reful

gens/ optimis principibus cōparandus; rogatus a senatu: & populo romano; ut ciues suos liberaret de seruitute crudelissimi mæ bestię Maxenti/ cōuocato Licinio/ qui iherabat in Hispania/ cū magno apparatu belli venit contra Maxentiū: quē magno prælio vicit/ & Maxentius fugiens suffocatus ē in Tiberi. Constantinus cū magna gloria; intrauit urbē; postea licinium sibi rebellem/ sæpe victum tandē occidi fecit. Constantinus omniū victor/ ecclesiam Romanam informauit; fidem christianā confirmauit; Sedem imperij transiulit in Greciam ubi fecit secundam Romam. Constantinus cum magna virtute & fortuna prosperrima. Imperauit annis. xxx. mensibus x. diebus. xi. Vixit annis. lxxvi. & mortuus est foeliciter.

DE CONSTATE ET CONSTANTIO XLIII

Constans & Constantius Constantini filij/ occiso fratre eorum Constantino/ tenuerunt ambo imperium. Constans primus Arrianus persecutus est catholicos. Sed post multa prælia gesta contra Persas/ factus omnibus intolerabilis/ occisus est anno imperij. xvij. ætatis vero. xxx.

DE CONSTANTIO. XLIII.

Constantius post fratrem solus tenuit imperium annis. vi. temperatus & placidus/ quāuis Arrianus. Hic fecit Iulianum consanguineum suum cæsarem; & misit in Gallias. Qui Iulianus elatus victoria/ inuasit imperrum in Italia. Cōstantio occupato bellis Parthorū. Constantius rediens contra eum mortuus est in via/ anno ætatis suæ fere. xlv.

DE IULIANO XLV

Iulianus successit solus iherio/ Vir liberalis/ litteratus/ eloquens. memoriosus/ cupidus gloriæ. Fuit tamen ingratus cōtra Constantium; & perfidus contra fidem. Vnde vocatus est apostata; quia solus post Constantinū a fide xpiana; & xpianos odio habuit; quibus interdixit officijs & studijs scientiarum. Iulianus vixit. xxxij. annis. Imperauit anno uno/ mensi vij. transiulus telo in deserto Parthiæ ab uno milite ignoto

DE IOVINIANO XLVI

Iouinianus de Pannonia oriundus; electus est imperator ab exercitu Iuliani; qui corpore pulcher/ lætus animo/ doctus/

Iargus: & exercitum: quem Iulianus fecerat paganum / ipse fecit christianum / & reduxit saluum ex periculo magno. Mortuus est octauo mense imperij etatis eius anno. xxxiij.

DE VALENTINIANO. XLVII

Valentinianus de Pannonia: qui recesserat a Iuliano quia verus christianus erat: factus est imperator a militibus nolens. Erat autem vir pulcher probus similis Hadriano & Aureliano: qui fratrem Valentiem & Gratianum filium / fecit Augustos. Hic princeps perfectus / mortuus est subita sanguinis effusione anno imperij. xi. etatis. lv. Quo mortuo Valens tenuit imperium in Oriente: & Gratianus in occidente.

DE VALENTE. XLVIII

Valens imperator in oriente / tanquam Arrianus / persecutus est catholicos christianos: sicut facere tentauerat viuente fratre. Unde precepit quod monachi militarent. Sed infelicissime bellum gerens cum Gothis / perditum exercitum / ipse vulneratus sagitta: fugiens in vislem casam, sic viuus crematus est igne cum imperasset quasi. iij. annis.

DE GRATIANO. XLIX.

Gratianus post mortem patris imperauit sex annis: qui iuuenis gratus: catholicus & fidelis / contra Alemannos feliciter pugnavit: sub quo tota Italia recessit a perfidia Arrianorum. Gratianus videns multas gentes infestas romano imperio / elegit imperatorem orientis digne Theodosium nobilissimum Hispanum, qui vir xxxiij. annorum. Tartaros terribiles debellauit: & ceteris hostibus conciliatis / gloriosus fuit apud Constantinopolim.

DE VALENTINIANO. II. L

Valentinianus secundus frater Gratiani imperauit in occidente. Theodosio imperante in oriente. Iste vir bonus expulsus de Gallia a Maximo tyranno. Theodosius Tyrannum potentem cum paruo apparatu / feliciter vicit apud Aquileiam / & captum decapitauit. Valentinianus restitutus in regno occidentis / cum in pace regnaret / strangulatus est apud Viennam fraude Arbogastis comitis sui cum imperasset annis. viij.

DE THEODOSIO. LI

Theodosius magnus cum imperasset iam. xiiij. annis / cum Gratiano et Valentiniano fratribus: remansit solus in imperio annis tribus in oriente & occidente, iste fuit optimus imperator Christianus

norꝝ: similis Traiano: a q̄ originē traxit, de q̄ mirabiles laudes
facit ambrosius: cuius auxilio expulit Arrianos de Mediolan
no/Theodosius cōtra Eugenium: qui usurpabat imperiū in
Gallis/confidens virtute Christi/illius auxilio suppliciter in
uocato/in alpibus ruit in prelium/ & subito orta vi ventorꝝ/
cū crudeli tēpestare cōtra hostes/Theodosius victor cum par
ua cæde suorꝝ Eugenīū captū interfecit. De qua re/ memoriā
facit Claudianus florentinus/poeta paganus (ut refert Augu
stinus de ciuitate dei.) Theodosius anno ætatis. I. foelicissime
mortuus est apd̄ Mediolanum: relictis duobus filijs suis Au
gustis, scilicet Arcadio & Honorio.

DE ARCADIO LII.

Arcadius successit patri Theodosio in iperio orientis. Ho
norius in iperio occidentis: ambo viri boni/non degenerates
a patre anno. x. iperij eorꝝ/ Ragasus rex Gothorꝝ cū infinita
multitudine Barbarorꝝ/miserabiliter victus, a romanis famæ
& frigore/occisus est Romæ cū suis more pecudum venditis
Arcadius anno imperij. xiiij. mortuus est apud Constantino
polim relicto filio suo Theodosio in imperio Orientis.

DE HONORIO. LIII

Honorius qui iam. xiiij. annis iperauit cū fratre suo/ postea
cū Theodosio iperauit annis. xi. Sub quorꝝ iperio Alaricus
rex Gothorꝝ cepit Romā cū furore: & spoliavit/parcens fu
gentibus ad tēpla sanctorꝝ. Sub isto Honorio multa bella ci
uilia: & externa terminata sunt in occidente/ cū modico san
guine. Ipse vero occisus est Romæ sine filijs.

DE THEODOSIO MINORE LIIII

Theodosius minor filius Arcadij: mortuo Honorio regna
uit in Oriente annis. xxvij. cū iam post mortē patris regnasset
xiiij. & cū patre viuente annis xiiij. Hic Valentinianū cōsobri
nū suū fecit augustum: & generꝝ suū: qui in occidente regna
uit. xxv. annis. Tempore huius Theodosij carthago crudelis
us capta est a Genserico vandalorꝝ rege: q̄ Roma ab Alarico
quā Gensericus nō pepercit ecclesijs. Theodosius mortuus
est apud Constantinopolim: & sepultus cum patre suo.

DE VALENTINIANO. LV.

Valentinianus tertius in occidente tenuit imperiū. v. annis

post mortē Theodōsij: cū quo īperauerat annis. xxv. & Mar-
tīanus successit Theodōsio. Tēpore isto Atila ille tam potens
& terribilis cū multis regibus & gentibus & barbaris de Pan-
nonia veniens in Italiam / crudeliter afflixit puinciā Venetiā /
& Longobardorū. Aquilegia primo euerfa / & tunc facta ē ci-
uitas Venetiāz / a fugientibus sauciā Atilā. Valentinianus
(vel timore vel inuidiā) occidit Aecciū bellicosissimū Ducē
Romani exercitus in Gallia: qui solus fuerat victor Atilā: ex
cuius morte ruit imperium: & salus occidentis: & ipse Valen-
tinianus anno sequenti occisus est Romā a milite vno Aecci-
cum iam rexisset imperium annis. xxx.

DE MARTIANO LVI

Martianus qui iam quinq; annis īperauerat cū Valentinia-
no. post vero mortē eius īperauit annis. ij. q̄ tēpore Genserū-
cus rex vandalorū veniens ex Africa cū Mauris coepit romā:
& rapaciter expoliavit: & similiter Capuā cū Cāpania. Martia-
nus vero anno. vij. sui īperij occisus est / cōturratiōe suorū apud
Constantinopolim.

DE LEONE LVII

Leo in Constantinopoli inuasit īperijū qui Leonē filiū fecit cō-
fortē regni orientalis. quo tpe imperijū occidentis a multis lae-
ceratū est. Nam quidā Maioranus inuasit imperijū apud Ra-
uennā: & ita alij multi. Rauenna em̄ potentissima erat tēpore
Gothorū. Leo mortuus est anno imperij. xvij. in oriente.

DE ZENONE LVIII

Zeno īperator Leonis gener successit illi īperio: quo tēpo-
re Odoacer veniens cū forti exercitū: de ultimis finibus Pāno-
niā: obtinuit regnū romā: cū tota Italia. qd̄ cū tenuisset. xiiij
annis tūc Theodericus rex Gothorū veniens de Grācia cum
auctoritate Zenonis: vir strēnuissimus victo Odoacre / obti-
nuit romā cū tota Italia / Zeno in Grācia cū imperasset annis
xvi. mortuus est / similis Papirio cursori in velocitate pedum

DE ANASTASIO LVIII

Anastasiū post zenonē adeptus est imperijū. qui factus hae-
reticus pertinax: cū nō posset reuocari ad sanā fidem / iusto iudicio dei: fulmine percussus perijt anno imperij sui. xvij. quo
tempore Theodericus gloriose regnauit in Italia.

DE IVSTINO MAIORI LX

Iustinus maior successit Anastasio / qui vir catholicus & pius in partibus orientis / omni studio nomen Arrianorum querebat extinguere. Sed Theodericus minatus est sibi quod nisi restitueret Arrianos: ipse in Italia omnes populos necaret gladio. Iustinus ex compositione Arrianos dimisit in pace: & ipse cum imperasset annis. xi. in pace quieuit Constantinopoli

DE IVSTINIANO. LXI

Iustinianus Iustini sororis filius successit illi imperio: qui princeps iustissimus / romanorum imperium armis & legibus reparauit. nam per Bellisarium virum bellicosum debellauit Persas: qui inuaserat fines romanos: Africam liberauit de manibus Vandalorum: & Italiam de manibus Gothorum: vbi Neapolim receptam Gothos / crudelissime exterminauit. nulli parcens. Postea Narses eunuchus iterum romam de manibus Totila regis Gothorum liberauit: quem interfecit. Iustinianus leges romanas mirabili breuitate reformauit. Qui mortuus est cum imperasset annis. xxxviij

DE IVSTINO MINORI. LXII.

Iustinus minor nepos Iustiniani / successit ei imperio: qui fuit homo auarus: rapax / impius / atque haereticus. propter quod Narses qui per inuidiam fuerat illi falso accusatus / odio & timore Augustae quam minabatur reducere eum inter mulieres: fecit venire Longobardos de Pannonia in Italiam: qui ceperunt Mediolanum: Papiam: & quasi totam Longobardiam. Iustinus cum imperasset xi. annis / alienus mente mortuus est relicto Tiberio caesare

DE TIBERIO. III. LXIII.

Tiberius tertius successit Iustino in imperio. qui recte contrarius illi vir largus in pauperes. christianus perfectus / sapiens / iustus / qui thesauros Iustini / male acquisitos: bene pauperibus erogauit & de Persis magnam praedam habuit. Tiberius vero moriens reliquit haereditatem imperii Mauritium data sibi filiam in uxorem / cum imperasset annis. viij.

DE MAVRITIO. LXIII

Mauritius gener Tiberii primus ex graecis habuit imperium vir utilis reip. Cuius tempore fuit magnus diluuium in Italia apud urbem & Veronam Mauritius anno. viij. imperii / occisus est cum duobus filiis a Focace.

DE FOCACE LXV

Focax occisor Mauricii obtinuit imperium: qui primus obtinuit / ut romana ecclesia esset omnium caput ecclesiarum: cum pri

us Constantinopolitana se noia ret, Focax cū i perasset annis
v. priuatus ē vita & i perio ab Heraclio qui tūc regebat Africā

DE HERACLIO. LXVI.

Heraclius successit Focaci in i perio cū filijs suis & Cōstanti
no secūdo ex illa familia: quorū tpe Machometus pestilentissi
mus draco in Arabia fecit sectā suā ab oriente in occidente/
suū venenū disseminās/ cū pessima dissolutiōe xpīanā fidei.
Heraclius factus hydropicus mortuus est anno i perij. xxxi.

DE CONSTANTINO. III. LXVII

Constantinus tertius cum fratre iura suscepit imperij: Qui
crudelis raptor/ueniens in Italiā/ spoliāuit Romā omni
bus ornamentis suis. Deinde per sex annos in Sicilia fecit in
auditas crudelitates: & rapinas. ibi tandem occisus est a suis in
balneis/ cum regnasset annis. xxviiij.

DE CONSTANTINO. IIII. LXVIII

Constantinus. iij. filius superioris Constantini: successit illi
imperio qui vir bonus & catholicus. multum confirmauit fidei
christianam contra hæreticos/ & mortuus est in pace cū
regnasset annis vigintiseptem.

DE IVSTINIANO. II. LXIX

Iustinianus secundus filius Constantini quarti/ de familia
Heracliorū successit ei liberauit Africā de manibus Saraceno
rum. fuit tamen scismaticus & infestus: P. R. imperauit. x. an
nis. Et hic nota q̄ omnes principes post mortem Heraclij/
uscq̄ ad Carolū magnum fuerunt de stirpe eius.

DE LEONE. II. LXX

Leo secundus expulit Iustinianū predictum de regno quē
relegauit in pontō. & imperauit tribus annis & regnum per
didit: ut statim dicitur. Et Tiberius. iij. insurgens contra eum
Leonem eripuit regnum ei. Quem Leonē tenuit in custodia
toto tēpore sui imperij: qui imperauit annis. vij. Iustinianus
secundus qui relegatus fuerat a Leone secundo recuperauit
imperium/ & cōtinuo iugulari fecit in publico Leonē: qui ex
pulerat eū & Tiberiū/ qui iuaserat imperiū Leonis: & multa
magnifice fecit. sed cōtra eū quidā Philippicus relegatus crea
tus i perator ab exercitū apud Cōstantinopolim vicit et occidit
ipsum Iustinianū: cū i perasset annis. vi. cū filio suo Tyberio:

DE PHILIPPICO LXXI

Philippicus dictus bardanus succedens Iustiniano / a se occiso priuatus est regno & oculis ab Anastasio / cū i perasset anno uno & mensibus .vi. quia fauor fuit haereticorū.

DE ANASTASIO. II. LXXII

Anastasius. ij. dictus Archemius; priuato vita philippico tenuit imperiū. Sed exercitus eius elegit Theodosium i peratore: licet inuitū anno. iij. i perij eius cū esset fauor catholicorū.

DE THEODOSIO. III. LXXIII

Theodosius tertius; factus imperator a militibus Anastasium graui praelio vicit, quem captum fecit fieri sacerdotē; ipse vero catholicorū amicus regnauit anno uno.

DE LEONE. III. LXXIII

Leo. iij. successit imperio / qui Constantinū filium fecit regni consortē: quo tēpore Constantinopolis fuit longa obsidione miserabiliter afflictā a saracenis. Hic Leo primus fuit qui imagines virginis Mariæ & sanctorū in publico fecit igne cremari; & tamen imperauit annis. xxv

DE CONSTANTINO. V. LXXV.

Constantinus. v. Leonis p̄dicti filius / Peior patre dictus est persecutor ecclesiae; qui multos monachos & veros catholicos occidit. Vacās ipse magicis; & tñ regnauit annis. xxxv. Quo tēpore Pipinus vicit in Italia Astulphum regē Longobardorū

DE LEONE. III. LXXVI.

Leo quartus filius Constantini quinti. imperauit in Oriente post eum annis quibz; dignissimus patre suo: qui successit sibi (imo excessit) in omnibus vitijs

DE CONSTANTINO. VI. LXXVII.

Constantinus. vi. Leonis filius / imperauit cū matre Hyrene qui postea matre priuata i perio regnauit solus. v. annis. Mater vero caecauit filiū & sola regnauit. v. annis Et tūc imperiū Romanū qd fuerat in oriente usq; ad istū ultimū terminatū est. nā facta est diuisio i perij / ut i perij occidentale diceret romanorū; et orientale gr̄corū; et i perij romanū tūc trāsiuit ad Fr̄cos

DE CAROLO MAGNO LXXVIII

Carolus magnus Pipini filius / victo Desiderio rege Longobardorū / in Italiam ap̄d Papiam / veniens romā electus im

perator a senatu & populo romano est/ & confirmatus à summo pōtifice; quia adiutor erat ecclesiæ. Et quia foemina praua regnabat in oriente. Hic optimus princeps fuit christianorū: qui terrā sanctā occupatā a Saracenis recuperauit in oriente: & in occidente totā Hispaniā liberauit de manibus eorū Maximus pugil ecclesiæ Romanæ & p̄tector fidei xp̄ianorū Carolus vixit annis. lxxi. & mortuus est feliciter cū regnasset super Francos annis. xlvij. & imperasset annis. xiiij.

DE LODOVICO PIO. LXXIX

Lodouicus pius Caroli magni filius successit patri imperio superatis duobus fratribus suis. Hic fuit vir iustus/ sed plus clamens & temperatus ultra omnes patiens/ nullis vincibilis malis; qui & viuente patre cū regnaret: & post mortem cū imperaret/ magnifica multa gessit/ deuotissimus christianus; nō patri dissimilis. Vixit annis. lxxij. cū imperasset annis. xxv.

DE LOTTARIO. LXXX

Lottarius Lodouici pij filius/ imperium arripuit non faciens regni partem fratribus suis/ secundum ordinatam diuisionem patris. Vnde contractis uiribus cū in audita strage francorū eo pace facta. Lottarius regnauit in Italia. Hic anno. xv. imperij sui dimisso filijs regno factus est monachus/ & mortuus foeliciter est; qui fuerat violentus in uita

DE LODOVICO .II. LXXXI

Lodouicus secundus Lottarij filius imperauit annis. xxi. Qui siue tristis siue infelix bellum habuit cum fratre eius crudeliter regnans sup̄ Francos/ & turpiter victus ē/ & nihil magnificū gerēs. mortuus est in Italia: & uidet̄ sepultus Mediolani. Et dicit̄ bene sapienter & foeliciter rexisse Italiam.

DE CAROLO .II. CALVO. LXXXII.

Carolus secundus dictus caluus filius Lodouici pij patris us Lodouici secundi/ & frater Lottarij successit Lodouico secundo/ in ip̄erio; vir lepore timidior/ fugere quam fugare parator; dictus fuit grossus vel simplex. qui multa monasteria fabricari fecit & ditauit; veneno extinctus est cum imperasset anno uno; & mensibus nouem.

DE CAROLO IVNIORI. III. LXXXIII.

Carolus iunior nomine tertius/ Lodouici Germanorū regis

filius Nepos eiusdem Caroli calui/imperium Italiae obtinuit
Galliam & Germaniam possedit pacifice. Robertum ducem
Normandiae victum de Sacrofonte leuauit/& filiam dedit si
bi in vxorem. Hic anno imperij sui duodecimo/deficiens ani
mo & corpore/fuit repudiatus a Magnatibus regni: amulso
facto imperatore/& ipse Carolus mortuus est sequenti anno.

DE ARNVLFO LXXXIII

Arnulfus ex Caroloz pgenie filius Carolomani regis con
sanguinei sui. Hic Normandos mirabili caede deleuit. Romā
cepit/tandē longa aegritudine dissolutus a pediculis rosus est
Sic felix in praelio/infelix morbo perijt anno. xi. imperij sui.

DE LODOVICO TERTIO. LXXXV

Lodouicus. iij. Arnulfi filius successit patri in iperio quod
tenuit decem annis nō foelicior patre/nam sub eo defecit iper
rium in progenie Caroloz: cum non iuaret ecclesiam (mo
re maiorum) contra Lombardos infestantes ecclesiam. & diui
sum est imperium: quia aliqui impetrauerūt in Italia sicut. iij
Berengarij. Aliqui in Alemania/ sicut Conradus & Henricus
uscq; ad Ottonem primum: qui utrobicq; imperauit/ Lodouis
cus persecutus Berengarium in Italia/captus apud Veronam
caecatus dicitur. Imperauit tantum decem annis

DE BERENGARIO. I. LXXXVI

Berengarius primus (imperante Lodouico tertio) impera
uit in Italia tantū annis. iij. Hic fuit vir prudens & strenuus in
armis: qui bellum foeliciter cum Romanis gessit.

DE CONRADO. LXXXVII.

Conradus alemannus successit Lodouico. iij. in imperio.
Sed nec ipse peruenit ad benedictionem in Italiam/ ideo non
ponitur inter principes. Vir tamē sapiens/fortis fuit & victor
Hic imperauit annis. vij. & moriens corā principibus regni/
designauit regem filium Ottonis ducis Saxonum.

DE BERENGARIO. II. LXXXVIII

Berengarius secundus imperauit in Italia annis. ix.

DE HENRICO. LXXXIX

Henricus post Conradū imperauit in Alemania annis. viij
Vir bonus & simplex qui genuit Ottonē primū & Henricus
nō cōputat inter iperatores/ quia nō regnauit in Italia/ nec co

ronatus est a Papa/ & quia vir pacificus nullam operam dedit
ad liberandam Italiam de manibus tyrannorum

De BERENGARIO. III. XC.

Berengarius. iij. tempore præfati Henrici. imperavit italicis an
nis. vij. Sub quo magnū scisma fuit in Italia. Nam Vgo rex
Burgundienſis/ inuirtatus ab italicis/ pugnavit cum Berenga
rio: & victor regnum Italiæ tenuit. iij. annis/ & relicto Lotta
rio filio iuit in Galliam.

DE LOTTARIO. CXI

Lottarius Vgonis Burgundienſis filius/ imperavit in Ita
lia annis duobus.

DE BERENGARIO. IIII. XCII

Berengarius. iiii. post Lottariū: regnavit annis. xij. cū Alber
to filio suo apud Mediolanū. Iste vir ferox nimis Tyrannice p
mebat Italiam. Sed finaliter victus ab Ottone primo/ mortu
us est misere in exilio in Alemania. Albertus miserius in Cor
ſica. Et nota q̄ oēs a Berengario primo vsq̄ ad istum ult
imum non vident. pprie dici posse imperatores nec veri.

DE OTTONE PRIMO. XCIII.

Otto primus Henrici filius ex Germanorum gēte: primus ex
teutonicis solus obtinuit imperiū occidentis. Et post eū soli teu
tonici imperauerūt/ usq̄ in p̄sens tēpus. Hic vir pbus & potēs
foeliciter reformavit Italiā/ spiritualiter & tēporaliter/ liberan
do ecclesiā a manibus Ioannis pape. xij. qui turpiter tractabat
eā & traxit Italiā de tyrānide Berēgarij. iiii. qui impie p̄mebat
eā. Otto imperavit annis. xxxvi. scdm Sigisbertū: Sed scdm ali
os/ annis. xij. & mortuus ē valde senex: relicto filio eiusdē no
minis.

DE OTTONE. II. XCIII.

Otto secundus filius primi successit patri imperio & virtut
re. qui vir acer in armis: sagax in ingenio/ imperium foeliciter
conformavit. Nam Romanos proceres sepe rebelles vocatos
ad cōiuium cinxit armatis: & nocentes securi percussit. Reli
quos æpulari iussit. Imperavit annis nouem.

DE OTTONE. III. XCV

Otto. iij. filius iij. successit illi in imperio/ de q̄ dictū est: Otto
post otto regnavit tertius Otto. Hic fuit iustus & cōstans qui
Crescentium potentē Romanū/ in castello sancti Angeli ob

sessum diu tandem post multa ornamenta fecit decollari/ & antipapam per eum introductum/ ludibriosæ tractauit. Ipse etiam uxore suã viuam fecit igne cremari/ quia falso accusauerat milite innocente. Imperauit annis fere. xix. & mortuus est sine liberis. ¶ Postea imperatores per electionem & non per successionem facti sunt.

DE HENRICO. I. XCVI.

Henricus primus accepit imperiũ post Ottonẽ. iij. Bauriã dux: filius Henrici ducis/ qui fuit natus ex Henrico fratre primi Ottonis. Hic vir honestissimus multa bella prospera gessit in germania & in Italia contra Ardonũ/ qui electus erat rex a Longobardis & Stephanũ regẽ Vngariã fecit christianũ cũ gente sua; opera sororis suã/ quã dedit illi in uxore/ imperauit annis. xxij. (licet quidam dicũt, xij.) Aliqui vocant istum etiam. Henricum. ij. quia habent respectum ad Henricum superiorem/ & breuiter finem suum sancte fecit.

DE CONRADO PRIMO DE GENTE FRANCORVM. XCVII.

Conradus primus nobilis dux ex gente Francorum: Fuit nepos superioris Henrici/ peruenit ad imperium auctoritate ipsius Henrici/ & opera electorũ/ qui vir strenuus ueniens in Italiam coronatus est Mediolani & Romæ: et siluit terra in conspectu eius. Sed tñ indignatus cõtra archiepiscopũ: dũ impugnaret Mediolanũ. tũc mortuus est anno. xx. imperij sui

DE HENRICO. II. XCVIII.

Henricus. ij. gener Conradi predicti & filius adoptiuus ab eo fuit hæres patris monij & imperij/ potius factus quã ex proposito. Hic fuit vir aptus imperio iocundus/ lætus bellator: et qui Vandalos subegit/ conterminos Sueuis Vngaros vicit; Pandulfum principem Capuanũ cœpit. multa dabat pauperibus (expulsis ioculatoribus a curia) qui carus omnibus/ cum Florenti imperio migrauit a sæculo/ anno. xvij. imperij/ relicto filio paruulo sui nominis.

DE HENRICO. III. XCIX.

Henricus. iij. secundi filius/ successit patri in imperio/ Vir impius qui imperauit annis. l. inuidens gloriæ pborũ viroꝝ: ecclesiæ hostis/ & ppter multa malagesta eius/ electus fuit ro

dulfus dux Saxoniz contra eum: quem tamē Henricus atrocissimo prelio vicit: sed infelicē finē habuit. Nam filius assumpta corona impetij insurgens cōtra eum, inuasit ipsum bello. & pater Leōdij latens, paup̄ mortuus ē ex cōmunicatus.

DE HENRICO. III. C.

Henricus. iij. tertij filij eripuit patri imperiū / sub colore succurrendi ecclesiz & imperio / cōtra iura naturz & hominū: et tamē ipse fuit hostis ecclesiz: licet recōciliatus. Quo tēpore claruit inclita Comitissa, Matilda in lombardia: & Guiscardus in Sicilia. Hic henricus mortuus ē sine filijs / regnavit tñ. xx. annis

DE LOTTARIO. III. CI.

Lottarius quartus: qui Lutterius dicitur est cū magno consensu & cōsilio electus est imperator. Hic dux Saxonū sapiens & industrius & amicus / deuotus / ecclesiz fuit: pollens diuitijs: victorijs magnus: imperauit annis. xi.

DE CONRADO. II. CII.

Conradus secundus nepos Henrici. iij. ex sorore / qui imperiū affectauerat ante Lottarium / successit illi. Hic vir optimus Passagium fecit / collecta magna multitudine cruce signatorū: & post aliqua prospere gesta / virtute magna / incōsulte tamen pressus inopia victualium / multa milia suorū amisit & reuersus in regnū: obiit cū imperasset annis. xv.

DE FREDERICO BARBAROSSA. CIII.

Fredericus primus nepos Conradi. ij. defuncto patre suo / romanū suscepit imperiū / qui de nobilissima domo Sueuiz vocatus est barbarossa. Hic vir fortissimus Mediolanū (ciuitatem potentissimā) cum auxilio papiensium euertit / Anno domini. M. c. lxiij. sæpe fuit infestus ecclesiz / & Alexandrum papam persecutus est: sed apud Venetias victus: pacem fecit. tamen cū iuisset in subsidiū terrz sanctz suffocatus est: in quodam flumine: Imperauit annis. xxxvij.

DE HENRICO. V. CIIII.

Henricus quintus filius Barbarossæ: imperauit post patrē / qui fuit maritus Constantiz magnæ / filiz Guiglielmi optimi regis Siciliz / sub cuius titulo insulam cepit. Fuit strenuus & asper morē patris / & aliquādo infestus ecclesiz. Mortuus in Sicilia & sepultus apud panormū: relicto Frederico infantulo /

& Philippo fratre suo/ ad gubernationem regni/ cum imperasset annis, xij, & mensibus, v. Vixit annis, lix.

DE OTTHONE, III. CV

Otho, iij, dux Saxonie defuncto Henrico/ electus & coronatus est imperator cum magno favore Longobardorum, sed contra nudo (contra iuramentum) iura ecclesie occupauit: contra quem electus est Fredericus iuuenis, ij, cum auxilio Philippi tertii Regis Francie/ a quo tandem debellatus Otto: mortuus est misere cum imperasset annis, ij, ideo non ponitur inter principes.

DE FREDERICO, II. CVI,

Fredericus, ij, natus ex Henrico, v, & Constantia vetula monica. Fuit potentissimus imperator: dominus Siciliae/ Sardinie/ Hierusalem & Sueuie: & nullus magnificentior tenuit Romanum imperium a Carolo magno citra: fuit armorum strenuus: linguarum peritus/ vigorosus/ luxuriosus/ epicureus, nihil curas vel credens nisi temporale. Fuit malleus fatalis romane ecclesie cum multis pontificibus bellum habuit precipue cum Gregorio nono tamen virtute Innocentij, iij, Ianuensis/ excommunicatus victus & fugatus de Longobardia/ nec sibi profuit potentia Eccelini de romano serpente rabido confederati sui. Fredericus vixit annis, lvij, Imperauit, xxx, & male mortuus est in regno Apuliae/ in oppido Florenzolae/ presente solo Manfredo ex filijs suis/ post cuius mortem vacauit imperium annis, xxiiij.

DE CONRADO FILIO, II. CVII,

Conradus filius Frederici secundi/ electus patre adhuc uiuente: post mortem eius regnauit annis quasi duobus, sed Manfredus frater eius naturalis/ vehenato Conrado tenuit regnum Siciliae magnifice, xij, annis. Et Carolus senior victor Manfredi & Conradini nepotis eius regnauit, xvi, annis. Hic Conradus caruit imperiali benedictione: ideo non dicitur imperator

DE RODVLFO, CVIII

Rodulphus comes de Anesbure Cinc germanus: post longam vacationem imperij/ electus est rex romanorum/ & confirmatus a Gregorio, x, in fauorem terre sancte. Hic fuit vir prudens in agendis: in armis strenuus: iustus deum timens: ciuillis parcus & tamen (licet regnauerit, xx, annis) nunquam uisitauit Italiam: & (ut minabatur) implicitus multis agendis in regno germanie. Nam

regē Boemīe diuītē & potentē indignāntē obedire sibi. Præs-
lio vici; quo occiso dedit filio pacē/ & filiā suā in uxorem.

DE ADULFO. CIX.

Adulfus comes de Anaxone genere/ germanus in romano
rū regē electus est. Sed nō benedictionē/ nec coronationē re-
cepit in Italia. Hic fuit vir magnanimus: contra quē Albertus
Rodulfi filius insurgēs ipsum bello vicit. Nā Adulfus magis
viribus quā consilio utens occisus est. cū regnasset annis. iij.

DE ALBERTO. CX.

Albertus dux Austriae: Rodulfi filius/ victo & occiso Adul-
fo/ electus est ī regē romanorū/ ab electoribus: & a Bonifacio
papa famoso petijt venire ad benedictionē: & coronationem
cui Bonifacius magnanimus tyrannus sacerdotū respōdit ip-
sum indignū imperio qui pditione occiderat dominū suū A-
dulfum in praelio: & tenens coronā in capite: & spatā ad latus
dixit: Ego sum caesar. Tamē postea orta grauissima discordia
inter Philippū regē Franciā & se: confirmauit Albertū: & vo-
cauerat eū qñ captus ē. Hic Albertus cū regnasset annis. x. in-
terfectus ē a nepote suo filio fratris: cum exiret de nauī trāsito
Rhenō.

DE HENRICO. VI. CXI.

Henricus hoc nomine: vī genere germanus patruus comes
de Lizimburgo factus est imperator/ & veniens in Italiam co-
ronatus est romē/ cū difficultate: obsistente sibi sapientissimo
rege Roberto. Hic vir iustus/ prudens/ honestus/ catholicus/
dilectus omnibus: sedatis sollicitā discordijs Alemanīe: al-
to animo disponebat reformare potētē Italiam: ut sic habilis
redimeret terrā sanctā (si fata permississent) & sperabatur in
breui dominus omniū/ cum magno favore Lombardorū &
Thuscōrū. Sed Bononia & Florentia cū quibusdam alijs ob-
uiauerūt sibi. Vnde opera Florentinorū (ut fama fuit) venena-
tus apud Bonconuentū castellum Senarum/ optimus impe-
rator reddidit animā summo imperatori: cum imperasset an-
nis; iij. mensibus. viij. diebus. xvij. Vir nunq̄ elatus prospe-
ritate) nunq̄ deiectus aduersitate: Anno dñi. M. ccc. xij.

DE CAROLO. CXII.

CAROLVS Delizimbure nepos magni Henrici/ na-
tus ex Iohanne Boemiē rege/ factus imperator. coronatus est

Romæ & sine resistentia. Hic Carolus fuit vir peritus litterarum
multarum linguarum astutus/ & primo aspectu terribilis apparuit
oibus, sed cito cum magna pecunia, sed maiore infamia reuer-
sus est ad patriam humilis imperator mortuus est senex cum imperasset an-
nis, xxxij.

DE VENCESLAO CXIII

Venceslaus Caroli filius vivente adhuc patre electus impera-
tor: hodie regnat. Hic iuuenis robustus venator quod facturus
sit ignoro, cum minime se venturum ad Italiam. Quum oppressor: quod Pi-
us, huius libello addidit: inuenire non potuerit sequentium impera-
torum vitas ex libro palmerij de temporibus sumptas adiecit
Venceslaus supradictus ob seignicie atque lasciuam/ ab electori-
bus est depositus imperio: anno imperij eius, xxxij. Vnde quidam hoc
anno vacasse imperium scribunt: licet Robertus statim fuerit ad im-
perium electus: sed non pariter ab omnibus & ubique receptus.

DE ROBERTO BAVARIO CXIII

Robertus Bavaricus, c. xiiij, post Venceslaum imperavit: qui
a Florentino populo grandem pecuniam accipiens/ contra Galeati-
um Mediolani ducem/ maximo cum exercitu in Italiam transiit:
& nulla memorabili re gesta transalpes reuersus est: qui anno
imperij sui, x, defunctus est.

DE SIGISMUNDO, CXV

Sigismundus, c. xv, Roberto successit in imperio/ qui nono
imperij sui anno quum mortuus esset Venceslaus eius frater Bo-
hemiam regnum obtinuit. Hic philippi ducis Mediolanensis pote-
tia opibusque adiutus/ in Italiam transiit/ parumque prospere dein-
de succedentibus rebus/ diuturnis tunctionibus Romam tan-
dem venit: in qua urbe ab Eugenio, iij, pontifice maximo co-
ronatus est. Nec multo post Philippo euocatori infensus: trans-
alpes abiit/ ubi mortuus est anno imperij, xxvij.

DE ALBERTO, II, CXVI

Albertus, ij, Austria dux/ nec non Boemia Ungariaque rex:
& supradicti Sigismundi gener, M. ccc, xxxviij, xij, kalendas
Aprilis, centesimus sextus decimus imperator effectus est: iu-
uenis optimus & indolis egregia/ qui quum secundo imperij
sui anno (non sine veneni suspiuione) vitam finiuisset: quam de
se conditauerat expectationem/ adimplere non valuit.

DE FREDERICO, III, CXVII

Fredericus tertius Alberto successit / qui una cum eius spō
sa Lionnora Heduardi Lusitanæ regis filia Alphonſi Nea
politani regis neptis / Romã veniens a Nicolao, v. Romano
pontifice coronatus iunctusq; est. Vnde mox Neapolim
ad nuptias celebrandas pfectus est / q̄ excellenti Alphonſi re
gis munificentia: celebratæ sūt. Tricesimo quoq; imperij sui
anno (religionis gratia) Romã veniens / magnificentissime a
Paulo, ij. pontifice Maximo susceptus & Donatus abscessit
Hic diuiffime vixit: Imperauit em̄ circiter .I. annos.

DE MAXIMILIANO. CXVIII

Maximilianus imperator centesimus decimus octauus supra
dicti Frederici filius: Austriæ dux: patre viuente Cæsar effec
tus / patri in imperio successit: Vir liberalis & magnanimus: de
quo quia superest nō possumus certã ferre sententiã. Quoni
am ultima semp Expectãda dies homini est dicitq; beatus An
te obitū nemo supremæq; funera debet. Adhunc vsq; annum
qui est. M. D. V. a natali Christi nondū Romæ coronã acce
pit imperij. Dicitur tamē in Italiam hac de causa venturus.

¶ Finis.

Thomæ Vuolphij Iunioris epistola ad Bero
aldum / qua interrogat: cur in Apuleianis cō
mentarijs Maximilianū Germanorū / & nō
Romanorū Imperatorem dixerit.

Thomas Vuolphius Iunior / Phi
lippo Beroaldo, P. D. S.

Platonem dixisse ferunt: magna vel ob id unū se dijs imor
talibus debere q̄ tēporibus Socratis sibi nasci contigisset: quã
sententiã nos plane usurpare possumus. Si quidē foelix sum
ego / & foelices illi / quicūq; te pceptorē habuere meruerūt: &
quibus nasci datū tēporibus tuæ vitæ. Tu multos discipulos
qui barbari erāt latinos: Immo latinissimos: reddidisti. Soleo
interdū cū stupore & admiratione (in tuo gymnasio sedens)
hinc inde pspicere & admirari: tam frequentē auditorū nume
rū. Visus es mihi alter Theophrastus: ad quē audiendum (si
cut Idonei auctores tradūt) discipuli ad duomilia q̄tidie perge

bant. Nemo in Italia sexingentis ab hinc annis. tā frequēti au-
ditorio litteras docuit: nec id mirū. Nam in te resplendet Plin-
ianus dicendi nitōr: & illa mirabilis Tulliana opulentia: Tu
nihil aliud es (ut Symmachi verbis utar) q̄ ex omī bonarū ar-
tiū ingenio collecta p̄fectio. Nec quis q̄ id tēporis ita nitet/ ut
cōparatus tibi/ nō sordeat. Vidi tua in Apuleiū cōmentaria
habent in se altā eruditionē: illa nudius tertius cuidā viro cele-
bri in patrocinijs & fori operis. p̄ munere obtulit: quo accep-
to/ magis inquit lator: mi Thoma: q̄ si aurum Smaragdos/
aut quid his p̄ciosius donasses: Nam hoc libro fauorē mag-
num mihi cōciliabo/ apud quendā qui in curia Cæsaris primi
est noīs: hoc dicto/ mox paginas euoluere cœpit/ modo hæc
modo illa legens/ & forte fortuna in eum locū incidit/ ubi dis-
serto ac eleganti stilo/ ea cōplexus es: quę nostris temporibus
cōtigerunt: vbi tu collectis non tam vetustis q̄ recentioribus
exemplis/ fortunā exoculatā/ & ipsa leuitate leuiorē compro-
bas. Ecce dum illa admirabundus legit/ venit eo ubi tu ita scri-
bis. Vix Galli fines hostiles inuaserat/ vix machinas oppug-
natorias parauerāt: cū repente maximus ducum dux: audito
tantū belli nomine/ exanimatus fortunæ opinor impediētē
p̄cellam metuens: habenas rerū subito reliquit/ & ad imperato-
rem Germanorū Maximilianū/ auro argentoq̄ omnia sporta-
to: transfugit. Hæc ille dū caperata frōte legisset: miror inquit
q̄ Beroaldus qui omēs omniū doctrinarū libros/ & pōtificeas
& Cæsareas leges vidit/ adhuc ignorat/ aut certe se ignorare
simulat Maximilianum non Germanorum/ sed Romanorū
Imperatorem nuncupare ab eruditis. An pudet facere Bero-
aldum / quod non pudet pontificem maximū/ ac omēs toti
us Christiani reipub. principes ac reges/ a quibus semp̄ Ro-
manorū/ nō autē Germanorū imperator vocat̄: quod ego au-
diens fui nō nihil perturbatus/ q̄ videbā meum charissimū p̄-
ceptorē/ nullo clipeo a me defendi posse: p̄sertim apud eū
virū/ qui magnæ apud nos esset auctoritatis. At tamen dolo-
rem vultu simulans/ exclamaui id Horatianū. Atq̄ opere in
longo phas est obrepere somnū. Quo audito ille mitigatus
est/ nā credebat te id inuidia quadā/ in ipsum cæsarē clamen-
tissimū scripsisse. Hæc mi p̄ceptor p̄ eo amore q̄ te p̄sequor/

tibi significare statui. Tu mihi quæso p̄ epistolam significes; q̄
ratione ductus / talia fecisti. epistolæ tuæ exemplū illi qui te ar
guit (nā ita sum pollicitus) mittā. Si rescripseris gratū senties
discipulum. Præterea te rogo / ut hæc mea scripta qualiacūq;
sunt boni cōsulas. Bartolum & baldum quotidie in manibus
tero; quorū illiteratissima scripta / si quis diutius legerit / etiā
si sit eloquēs / infantissimus in dicendo efficiat oportet. Cete
rū in istis politioribus litteris / hoc exiguū qd̄ scio tibi acceptū
refero. Vale; Bononiæ, Anno christi, M. D. Idibus Februarij

RESPONSIO PHILIPPI BEROALDI

Philippus Beroaldus Bononensis; Tho
mæ Vuolphio Iuniori, S. P. D.

Epistolam tuā obujs; ut aiunt manibus; excepi / utpote ele
gantia amoris officij refertissimā. Quod me / & mea in coelū
fers / bene facis. Decet em̄ bonū discipulum præconio boni
tatis extollere doctorem; ne sub pœnitendo magistro militat
se videat. Qd̄ amicus tuus stomacharivus est. Propterea q̄
imperatorem dixi Germanorū nō Romanorū; nihil est quod
ob id stomachetur / cū ego in scribendo secutus sum rem nō
verba. Immo ut noris apertius mentē meā, ego censeo hono
rificentius esse imperatorē Germanorū dici / q̄ Romanorū; cū
hoc seculo nobilitas Romana decoxerit fece & quisquilijs su
perstitibus; Germania vero sit viris / opibus magnitudine flo
rentissima. Præterea vocare regem Romanorū eum / qui Ger
manis imperet / credidi cōuenire ambiciosus / nō simplicibus
scriptoribus. Habeo persuasissimum / sacratissimum Maximī
lianum non minus libenter audire / ut dicatur & sit imperator
Germanorum q̄ rex Romanorum, cum alterū nomē re ipsa
fulciatur / alterum titulo tenus blandiatur. Deniq; si ita ma
uult amicus tuus / meus / noster per imprudentiam incuriam
q̄ id dixi cum id horæ qua illa condebā mens historica magis
negocia q̄ verba perpenderet / lapsus itaq; verbo sum / sed eo
verbo / quod haud dubie sit ignoscibile. Ego quod ad me per
tinet imperatorē maxime veneror; immo ut tu quoq; optime
nostri / nullus est hac tempestate inter celebriores professores /

qui Germaniã Germanosq; omnis perinde laudet/amet/am
plexetur/ac Beroaldus tuus; cuius extant orationes atq; vers
ficuli laudationẽ Germaniã Germanorũq; cõninentes. Mihi
in animo est/olim reuerenter inuisere ipsũ Imperatorẽ cũ li
bello eius maiestati dedicato: quẽ litterarũ/litteratorũq; amã
tissimũ esse scitis vos omnes/& fama sursum fert. Tu mi Tho
ma/ fac quod facis/ dilige doctorẽ; & interdũ pro Bartolo &
Baldo/Liuium legito/et Tullium: quorũ doctrina oppido q̃
suavis est/cũ illorũ sit inculta/inamabilisq; disciplina: quã vix
a lumine salutandã censeo/& si sit quæstuosior. Vale/& illi
tuo Causidico famigerabili me commenda. Ex Larario litte
ratorio.

Iacobus wympfelingius Thomæ Vuolphio Iunio
ri: pontificij iuris interpreti: summo amico Salutē

Idens Romanas/Veneras/Anglas/Pannonūq; & Bo
v emorꝝ ac Francigenū historias/indies lectum iri, exci-
tauerā nuper Sebastianū Murrhonē: vt expriscis histo-
riographis/epithoma saltem rerū a Germanis magnifice ge-
starū cōportaret ne cū cætere nationes egregia maiorꝝ suorū
facinora disseminare student: nos veluti somnolenti & parui
animi/gloriæq; auitē cōtemptores:perpetuo dōrmitare vides
remur. Morem mihi gesturus Murrho: qđ creperat: imatura
morte iterueniente/necq; perficere potuit/necq; reuidere. Ego
itaq; quicqđ ille meo hortatu aggressus: tanq; fragmenta post
se reliquit: cogitabā in seriem distribuere: augere: & ut cunq;
absoluere: tibiq; mi suauissimē Thomæ dedicare. non solū ad
gloriā noīs tui sempiternā: sed etiā ut oēs germani in hoc epi-
thomate antiquitates germaniæ videant: vitā nostratiū impe-
ratorꝝ legāt: germanorꝝq; laudes/ingeniū/bella/ triumphos
artium inuentionē:nobilitatē:sidem: constantiā: & veracitas
tem edificant. atq; ut his breuibus ansam prebeamus studiose
posteritati/quo: maiora indies studeant adicere/ & ampliori-
bus rerum incrementis germanorꝝ laudes cumulare. Verꝝ a
germanicis laudibus Argentinā (vnde tibi) & seleuciam siue
Selestadium (vnde mihi) origo est: cæterasq; ciuitates ex hoc
rheni littore Galliam versus sitas. volumus exclusum iri: qm̄
eas ab Octauiani ætate (Suetonio teste) germani inhabitari:
vnde & germaniæ nomē meruere. Et Plinius et Cor. Tacitus
Ammianus Marcellinus: Franciscus Petrarca: Blondus Lu-
poldus: Hermānus & Aeneas Siluius/ inter germaniæ fines
illas dinumerāt: Ecclesia quoq; romana: inter germaniæ me-
tropoles Maguntinā: Treuerensem & Agrippinā collocauit
Cunq; summus pōtifex legatos a latere ad germaniā mittit in
his patriæ quoq; nostræ ciuitatibus munus legationis suæ:
illi exercent, qđ nisi germaniæ pars essent: quas legati ad ger-

maniã missi dispensationes indulgentias ac beneficiorũ puissi
ones in eis administrat; irritẽ videntẽ & inanes; Nam & ad
galliam aliq̃ a nostris; mittunt̃ legati; qui in nostris ciuitatibus
partes suas nequaq̃ explent. Adde qd̃ ipse Carolus Burgun
die dux/Maximiliani regis focer/ ad principes electores per
scripsit/ sese & germanũ esse & dici velle; cuius tamẽ terrã in
hoc rheni littore sitã fuerũt; immo ipsarũ ciuitatum & pagorũ
antiquissima noĩa germanicũ sonant & minime gallicũ. Et si
vlt̃ Caroli magni aut filiorũ nepotũq̃ suorũ ætate; hic vnq̃ gal
li habitauissent; versatũ fuisset; & hic p̃culdubio gallicũ ydeo
ma. At vbinam inueniunt̃ ulla gallicã linguã vestigia; ubi li
bri gallici; ubi monumenta; ubi apistolã; ubi epitaphia; ubi
littere contractũ; rerũ urbanarũ & ciuiliũ aut feudorũ; sicut a
septingentis & octingentis annis; latine & germanice lingue
apd̃ nos monumẽta reperiunt̃. Nec mihi persuaderi p̃ot̃ op
timos Sueuiã duces qui cathedralem apud spiras ecclesiam;
quicq̃ cœnobiũ diuã fidis in patria mea Seletstadio fundarũt;
et locupletauerũt; magnificas illas ipensas paternãq̃ substan
tiam in Galliam traducere/acinter gallos p̃fundere voluisse;
Gloriet̃ ergo ille mendicus blattero qui nostrã germaniã atq̃
famã discerpit/se & suũ patrẽ a gallis descendisse. Nos mi car
rissime Thoma gloriabimur a maioribus nostris germanis p̃
cessisse. Quorũ in hoc epithomate mirificas & antiquas lau
des/inter reliquas honestas lucubratiunculas (quas auidissimẽ
me reuoluere soles) cũ singulari voluptate lectitaturũ te confi
do; operãq̃ daturũ; vt nō solum p̃pediem calcographia disse
mineẽ sed etiã doctissimis viris Baptistã Mantuano / Philip
pocq̃ Beroaldo Bononiensi preceptorĩ tuo in primis transmi
tatur/ad gloriã germanorũ sempiternam. Vale foelix ex Here
mitorio diui Guilhermi Argeñ. viij. kal. Octobris. M. D. II

Cæsar vt cuncq̃ Galliam a Germania secreuerit nos opinas
mur Heluetiam idest Alsatiam sub finibus Germaniã cõpre
hendĩ debere. Nam inter verã Galliam et Alsatiam interiãcet
Vosagus Austrasia; Vuestrana. &c.

Ad hac sunt testes & argumenta;
Suetonius qui Augustum huc germanos traduxisse refert.

Plinius. l. iij. ca. xvij. in fine. c.

Cornelius Tacitus.

Ammianus Marcellinus

Franciscus Petrarcha.

Blondus

Hermannus

Aeneas Syluius

Camera apostolica discernens Metropoles & puincias;

Sedes apostolica mittens legatos a latere.

Leges imperatorum

Antiquitas nominum germanicorū: qualia sunt Strasburg/
wyssenburg/Hagenou/Landou/kestenholts.

Defectus monumentorū gallicorum.

Fundatio ecclesiarū & cœnobiorū facta a germanis: Bisantiū/
Dola: Tulla: & urbs Metensis romanū p̄fitem̄ imperiū: q̄ tñ
yæ galliæ sunt viciniore: quā Heluetia Vosagus et Austrasia

¶ Carolum magnū fuisse germanū: testis.

De electione. cap. venerabilem.

Sanctus Thomas. de regimie principū. ca. xvij. & ca. xvij.

Platina in Hadriano primo.

Thomas Vuolphius Iunior Iacobo
wymphelingo. S. P. D.

Olent qui doctrina & eruditione pollent: lucubratiōes
f suas summis terrarū principibus inscribere: vt q̄ effe-
runt fiant venerabiliora. Sic Iulius pollux ad Commo-
dum cæsarē de grāmatica scripsit. Sic Vitruuius ad Augustū
de Architectura. Sic Oppianus ad Antoniū de piscibus. Tu
vero (ut es omnis gloriæ & ampullosi fastus cōtemp̄tor) ep̄i
thomata germanica: opus mehercule & graue & eruditū sub
noīe Thomæ tui (qui cum erūnarū varietate quotidie luçtar̄)
publicare voluisti: haud absimile quiddam a Platone agenst:
qui Phedon̄ elidensi ex cohorte illa Socratica (quamq̄ is ser-
uus fuit) eius tamen nomini illum librū diuinum de immor-
talitate animæ ded̄it. Dicam quæ sentio. nullo unquam mu-
nere fui magis delectatus / placeant alijs aurea / Argenteaq̄

pocula placeant vasa gēmata & thericlea / placeant structuræ
magnificę; atq; his se oblectent. Nos monumēta litteraria lau-
damus extollimus admiramur. & hęc p̄cipue historiam quā
multo labore & vigiliā germanorū decus excudisti, nihil ea
tersius / nihil accuratius scriptū. Perinde ex fide hic oīa narran-
tur; ac si fides ipsa dictasset. Quū iam defeceris mi doctissime
Iacobe exhibebunt te epithomata nostra tanq; manu. tuis po-
steris ducentq; per ætates atq; vrbes ut te videant qui nōdum
nati sunt te audiant te laudibus p̄sequant; facient mihi crede
ut semp sis in manibus semp in ore verferis hominū / & eorū
maximę qui doctiores sunt & studia politiora amplectuntur.
Non deerūt fortasse qui parū id operis probabunt. nec te pro-
pterea laboris pœniteat. Noui quosdam in hoc orbe pene dis-
xissim in hac vrbe; qui tamen in iuriati sunt & in classe ecclesi-
astica antesignani habent. magis tamen ludo Tesserario / aut
cartulis lusorijs delectant q; Hieronymi aut Cipriani scriptis
Sunt qui dum in æde sacra horarias p̄ces psallunt intus &
in cute torquent quid vernula domi agat; & an piperatū egre-
gie conditū sit, an bene salitū assabulum an lucanice crassæ
sunt & delicate. an scite pisces fricti. Et hi nihilominus quādo
nec generoso sanguine nec moribus nec doctrina sunt specta-
biles vbi litterarū proceres cōueniunt (qd̄ cum summo dolo-
re refero) primi accumbere volunt & subsellijs honoratioris
bus federe. quasi locus ille eminentior splendorē ipsis afferat;
quū ediuerso locum homo; nō locus hominē exornet / quod
& Damonidas apud Cheronensem Plutarchum nō ignoras
iit & canonica decreta testant. Volui hęc obiter dicere ne illi
qui fortuna duce (quæ semper cæca est) vel officio vel dignita-
te præditi sunt / plus nimio sibi blandiant & arrogant impuris-
simis viris (qd̄ nemo ignorat) sæpe honores cōmittunt. Inde
græcicū illud ac elegans adagiū; Asinus mysteria vel sac-
ra portat. Vale mi doctissime Iacobe & successiuis temporis
bus conde ac cōpone. quæ mox in tēpore sis deprompturus.
vt sic agas negocium posterorū teq; vixisse testeris. Vale iterū
Argentina; cursim ex ædibus nostris. Anno Cristi. M. D. III
p̄ridie kalendas Ianuarij.

Germanoꝝ quinq; esse genera.

Caput primum.

Ermani quinq; constant generibus, videlicet: quorū
 g pars Burgundiones nō hī qui Gallias obtinent, seu
 apud Eduos & ararū fluvium sedes habent: qui ger
 manoꝝ coloni in ritus moresq; gallicos deformati sunt. Alte
 rū genus ingeuvones quorū pars Cimbrī teutoni a Chaucorū
 gente, Tertiuū Isteuones Rheno proximi quorū pars Cimbrī
 mediterranei, deinde Hermiones quorū Sueui Hermunduri:
 Chatti: Cherusci. Quintū genus Peucini dicti Bastarne cōter
 mini Dacis. ¶ Cimbrī germanoꝝ vetustissimi vicere grācos:
 Boios ylliricum: romanos consules & legatos plurimos atq;
 Hispanos:

Caput. II.

Ex his fama vetustiores Cimbrī (sive illi teutoni: sive medi
 terranei fuerint) Homeri celeberrimi poetaꝝ ætate vel paulo
 supra: eius ætatē / militiā agitauerunt: usq; ad Meotida paludem
 suæq; expeditionis monimenta: Cimmericū Bospharon reli
 quere: nā grāci Cimbroꝝ vocant: audacterq; tra
 iecto Bospharo ad Ioniā vsq; terrā decursarunt: Sardibus cap
 tis & Magnetum gente a Treibus funditus deleta: quæ gens
 Cimmerica dīu secundis rebus usa est, Cimbroꝝ clima, ipse
 poeta insinuans qd' tenebrosū esset: sic memorat. Aere &
 nebula cooperti sunt: illis sol nunq; pheton sua lumina spargit:
 Perniciosa sup nox semp tendit istis, Habitant autē in germa
 niæ ora Cimbricū Chersonesum ab eis appellatū inter albis et
 Chalusi fluminū ostia: Inter germanicū sarmaticūq; oceanū.
 Hi sunt qui ad ponti dexterā mediterraneā regionē habitātes
 vsq; in Ioniā excurrēbāt, Hos schyte ex his sedibus popule
 runt: Schytas autē grāci / qui panticaeum & alias in Bospho
 ro vires habitābat: de his nostris populis multa apd' Strabo
 nē reliquosq; grācos historicos apd' Plutarchū Aristotilem
 q; philosophos legimus: vniā tantū animi nostris germanis
 principibus hodie inesser: vt quas Cimbrī olim ob bellicam
 solum gloriā subegerūt, Hi p xpi fide & caritate eas sedes ex
 Turchoꝝ manibus eriperēt / quorū hodie seruituti Ionia pon
 tus: grāciq; om̄is: nō absq; magna omniū christianoꝝ regū

Homerus

Strabo:
Plutarchus
Aristoteles.

ignominia miserabiliter & foedissime subiecta est. Hæc cōmē
morare libuit: uti nosceres: quāta nostrates gloria floruerint
ante urbē Romam conditā. Siluijs albę regnātibz anno cen
tesimo sexagesimoq; (Hæc em̄ ætate Homerę Hesiodūq; poe
tas inuenimus claruisse) Romanis autē rebus florentissimis/
post punica bella oīa/interq; sociale bellum (qd̄ fuit anno ur
bis condite Sexingentesimo sexagesimo secundo) Boios; gal
lorę populos qui Herciniam siluā inhabitarūt. Cimbri agmī
ne factio inuasere a qbus eieci istros & Scordicos gallicas gen
tes petiere. Tum theuriscas & thauriscos; & hos quoq; natio
nis gallicę. deinde Heluetios (qui hodie Alsatici a nostris vo
cant) adierūt/ viros tum plurimo locupletes auro/ cæterū in
pace vitā agitantes/ cumq; conflatas; hī bellicis artibus opes
longe suis ampliores esse viderēt; Heluetios secū sollicitasse/
p̄cipue Tygurenos; & teygenos/ q̄s vn̄uersos deleuere Ro
mani: nō tamē impune. Prius em̄ Cimbri gens vaga/ popula
bundi in illiricū (hodie Sclauoniā) venerūt/ ab his Papius
carbo consul cum exercitu fusus est. Deinde. M. Iunius Silla
nus/ etiam consul aduersum Cimbros infeliciter pugnauit.
Post id bellum Cimbri per legatos a senatu populoq; Roma
no sedem & agros postulauerūt: quorę petitione spreta Cīm
bri: cū Tigurinis (quos ex Heluetijs secū in militiā sollicitasse
retulimus) in galliam migrare in fines allobrogū/ ibiq; cū
L. Cassio consule manus conferunt/ eumq; cū exercitu truci
dant/ milites qui ex clade superant datis obsidibus & reꝝ om
nium dimidia parte ut incolumes dimitterent cū Cimbris pa
cti sunt. M. Aurelius Scaurus consulis legatus/ a Cimbris fu
so exercitu captus; & in consiliū ab his euocatus/ cū deterret
eos/ ne alpes Italiā petitori transirent eo qd̄ diceret roma
nos vinci nō posse a Bolo Cimbrorę rege occisus ē/ Tum ab
iisdem hostibus. C. Manlius & Q. Seruilius cepio (qui p̄con
sulatū in gallijs agebāt) victi p̄ælio Binisq; castris exuti sunt;
o. Rogintamilia militū occisa calonū ac lixarū; hi sunt militū
ministri; quadraginta milia Cimbri post eam victoriā om̄ibus
agris vicisq; iuxta Rhodanū ac Pyrenē vastatis/ in Hispaniā
transgressi sunt; ibiq; multa loca populati a celtiberis fugati re
uertentes in galliam bellicosissimis reutonis se cōiunxerūt. at

Anno ante
urbē condi
rā. clx.

Homerus
Hesiodus
An ab urbe
condite. D.
c. lxxij.

Boij.
Hercinia syl
ua
Heluetij.

Illiricum

Allobrogi.

Hispania

¶ C. Marij qui iā Iugurthā deuicerat / summa vi castra a teu-
tonis ambronibusq; oppugnata sunt. Marius em̄ secundo et
tertio absens consul creatus. quarto cōsulatu cōtra Cimbros
missus post defensa castra duobus praelijs circa aquas sextias
Teutonīs ambronibusq; deletis. Marius absens quintū con-
sul creatus triumphū oblatū distulit; donec Cimbros vinceret
tantū roboris ī germanis fuit. Cimbri repulso ab alpibus fuga
toq;. Q. Catulo ꝑcōsule; qui fauces alpīū obsederat & ad flu-
mē Athasim castellū editū infederat reliqueratq;: vtute sua ex-
plicata fugientē ꝑcōsulem exercitūq; ꝑsecuti in Italiā traiece-
rūt. verū iunctis eiusdē Q. Catuli. et. C. Marij exercitibus: ꝑ-
lio victi sunt; in q̄ cesa tradunt Cimbros / centū quadraginta
milia / capta. lx. Hæc sunt q̄ germani ad ea usq; tpa gessere.

De Ariouisco Primo Germanorū rege
qui cōtra Iulium Cæsarem pugnauit.

Arlouiscus

Postea Ariouiscus germanorū rex primus germanos ī gal-
lias ad Lemānū lacū traduxit; vnde Alemani dicunt. is prop-
ter bellicas virtutes amicus Po. Ro. a senatu salutatus est. C.
Iulio cæsare consule. Deinde ꝑuinciam galliam administran-
te cū Heluetijs bellum inferret; Ariouiscus cū cæsare manus
cōseruit / victusq; in germaniā redijt crebra deinde bella cum
Sueuis cæsare transrhēnū agente nihil tamē memoria dignū
actum inuenio quā q̄ ponte galliam germaniamq; cōiunxit;
Germani equites ex nobilioribus cæsaris virtute viriq; integri-
tate moti ei se cōiunxerūt / quorū opera reliquis in bellis saepe
vltus eorū etiā fortitudinē in pharsalo cōtra Pompeium exper-
tus est / ꝑcipuo em̄ eorū auxilio Pompeianū Romanūq; equi-
tem superauit. In philippicis etiā campis certatū est inter exer-
citū cæsaris & Pompeij equo marte. Cū autē iussu Pompeij
fusus a cornu erupisset equitatus repēte hinc signo dato ger-
manorū cohortes tantū in effusos equites fecere impetū ut illi
esse pedites hī venire in equis viderentur. Et ipse Cæsar in
commentarijs suis de germanis quod ad bella imperterriti fu-
erint dum cū eis bellum gerere constituisset hanc eorū ad se fu-
isse orationē scribit Germanos neq; priores populo romano
bellū inferre; neq; tamē recusare si laceffant quin armis cōten-
dant q̄ Germanorū consuetudo hæc sit a maioribus tradita.

Lacus lema-
nus
C. Iulius cæ-
sar.

Pompeius

Ex ꝑricipio
iiii. cōmen-
tarij apud
cæsaris

Quicumq; bellum inferāt resistere: neq; de p̄ cari: hæc tamē dī cere venisse iūctos eiectos domo: si suā gratiā romani velint posse his esse utiles amicos: vel sibi agros attribuāt vel patiantur eos tenere quos armis possederint. sese unis Sueuis cōcedere quibus ne dīj quidem immortales pares esse possint/ reū quum quidē in terris esse neminē quem nō superare possint.

Germani cæsar's custodes eliguntur

Quintiliū Varum Drusumq; germanicum siperant. Caput. III

Ob singularē quoq; peculiarēq; germanorū fidē & integritatē, D. cæsar corporis sui custodes germanos delegit/ qui & Octauij cæsar's simili euræ p̄tēfēti; vsq; ad varianā cladē permansere. Quintilius em̄ varius (cuius Oratius meminit) cum tribus legionibus, a Chertuscis obtruncatus est. Salas fluuius germaniæ est inter quē & rheinū Drusus germanicus cū bellum gereret victor oppetit tam arduū est nostrates vincere/ id quoq; bellum ante Quintilij vari oēcidunt gestū est, vnde & cū Cornelio tacito cōcludāntus (ut gentis marius molem q; & tam magni exitus fidem metiaris) Sexcentēsimū & quadagesimū inquit. Vrbs nostra agebat annū cum primū Cimbroꝝ audita sunt arma, Cecilio Metello/ ac Papirio Carbone consulibus ex q; si ad alreꝝ i peratoris Traiani cōsultatū comitemus, ducenti ferme & decem anni colligunt tam ditū germaniā vincit medio tam longi æui spatio multo inticē damna nō saumis: nō poeni: non hispaniæ Galliaue ne Parthi/ quidem sæpius admonere; & subdit/ nec ipune, C. Marius in Italia diuus Iulius in Gallia, Drusus ac Nero & Germanicus in suis eos sedibus perculerūt, Mox iugētes, C. cæsar's minæ turribriū verse, Inde otiiū donec occasione discordiæ nostræ & ciuiliū armorū expugnatis legionū hibernis/ etiā gallias affec̄tauere: ac rursus pulsi inde proximis temporibus triumphati magis quā victi sunt quæ laus maior dici potest: quā q; homo romanus linguaq; Romana de germanis triūphos actos esse vere aut nuncq; victos fuisse asseuerat; nisi quantū beniuolentia; ac benignitate in fidem romanæ nobilitatis adducti sunt.

Germani externos etiā reges pepulere, Ca. V.

Reges etiā externarū gentiū germani nō tenuerūt, Cū em̄

magnus Alexander domiſſet Triballos: Boetiam: Traciam
 Spartanos. Theſſalos. Achaïam: Poloponeſſum: Ioniam: Li-
 diam: Liciam: Ciliciam: Capadociam: Cariam: Paſſagoniam
 Maiorē & minorē Armeniā: Syriā: Egiptios/ Perſas/ Thau-
 ros: Hircanos; Medos; Sagas; Indos, deterritus tamē eſt aſpe-
 ctu & fama germanorū ad Danubiūq; ripam ſublinit: & qui
 omnē orientē foeliciter calcauerat: eius vim vna germania res
 preſſit impetū cōpeſcuit audaciā retardauit. Darius & Cyrus
 potentiffimi Aſie reges/ traiecto Danubio germanos nō auſi
 ſunt attingere. Liſymachus rex maximus/ cū ingenti coacto
 exercitu Danubiū traieciſſet a Romēchete rege/ nō modo vi-
 ctus ſed etiā captus eſt. Tanta fuit germanorū victoria: Tanta
 eorū clades qui germaniā armis petierūt/ vt natū ſit inter finiti-
 mos puerbiū: Male qui velint pugnare/ cū germanis pugnet.
 Cuncti germani omnium victores inuictiffimi haberent: veteres
 Romani imperatores illud certatim enixiffimeq; contendere
 rūt: ut ſicut Scipio ab Africa africanus: & alter ab Aſia aſiati-
 cus: ita ipſi ppter ſplendorē puincia germanici cognominan-
 tenſ. Tyberius etiā caſar filiū ſibi natū: cupiditate eximie glo-
 ria germanicū appellauit. Domitianus ac Nerua caſares tis
 tūlis cæteris (q̄s ſenatus detulerat) repudiatis/ ſolum germani
 cum recepere. in quo vno plus ornamentū eſſe/ quam in cæte-
 ris prouintijs poſitum arbitrabantur.

Darius
 Cyrus
 Liſimachus
 Danubius

Prouerbiū.

Tiberius
 Domitianus
 Nerua

De armatura foeminarū & puerorū ger-
 manorū ab ipſa natura. Ca. VI.

Memoria proditū eſt: Foeminas quoq; germanas ſumptis
 aliquando p patria armis: ex integro viroꝝ pugnas inſtauraf-
 ſe: & ad ſtudia bellica plem ſuā a primis incunabulis auſpica-
 tas eſſe/ veluti armis iniciati & additi: Martē/ ſingulare & p-
 cipuum belli numē coluere. Enimvero peritis aſtroꝝ conſtat
 vim atq; influxum martis: hoc eſt appetitū quendā armorū ar-
 dorēq; bellandi/ germanis ineſſe: ut non ſolum artibus ad ar-
 ma ſint idonei: ſed natura ipſa ad rem militare dīſciplinamq;
 bellicā geniti eſſe videant: Eam ob rē germanos a natura bel-
 licofos Dyoniſius vocat. Inde etiā corpa eximia ac pccera, vi-
 tus etiā: quāuis pace lætos/ tamē bello terribiles: & oculos in
 pugna minatiores/ atq; incenſos: & vocem ad terrorē pleniffi-

Dyoniſius.

me incutiendum naturā dedisse videmus. Huius nō ignarus
 ætate nostra Bap. Man. poetarū facile princeps ad Robertū se
 uerinatē Veneti exercitus ducē/a germanis victū atq; fugatū
 inquit. Sed neq; te imbelles Indi mollesue sabei,
 Pigmæi ve breues rapiunt/verum accola rheni
 Gens durata gelu: genus insuperabile ferro
 Quod totiens Romam; tum cum ditione premebat
 Europe: lybiarūq; urbes Asiamq; minorem
 Terruit; hij superant parthos tracumq; furores
 Quos martem genuisse ferunt: hij spicula torquent.
 Penthesyleea non inferiora securi.

¶ Germani Romanos imperatores multos vicere; Ca. VII

Augustus

Octauij Augusti fortissime quondā legiones contra germa
 nos fuisse apud caristos a germanis cōcorditer arma capientib;
 bus ad internitiōnē sunt delete: & quæ reliquū orbē vsq; ad
 solis ortum perdomuerūt vni germanorū exercitui pares esse
 nō potuerūt. Ipseq; Octavianus oēs graues ignominias/ cl
 delq; nō alibi quā in germania accepit: sed p̄cipue varianā pe
 ne exciabilem/tribus legionibus cū duce legatisq; & auxilijs
 oibus caesis; hac nūciata Augustū; adeo conseruatū ferūt: ut p̄
 cōtinuos menses: barba capilloq; submisso: caput interdū fo
 ribus illideret. vociferās Quinti vare/legiones redde: diemq;
 cladis q̄tannis moestum habuerit: lugubrē hāc romanorū cla
 dem & insignē germanorū victoriā: apd' Augustā Vindelicā
 cōtigisse opinatū est. eumq; locū Perleig appellatū: eo qd' il
 lic perferint legiones; commemorat Otho noster Phrisingen
 sis. Tiberius Augusti successor armis vindelicos aggressus/
 germanis insurgētibus/breui e germania discedere coactus ē

Vindelici

Vespasianus

Vespasianus summus postea imperator/a Claudio cæsare cōtra
 germanos missus: triginta & duabus pugnis vincere germa
 niā nequiuit. Anthonius Aurelius & Alexander cæsares pos
 stulauere a germanis auxilium: coactiq; sunt presidia: & copi
 as oēs ex oppidis concordis Germaniæ deducere/ & nationē
 germanicā equis conditionibus in amicitia societateq; recipere
 Traianus suscepto apud Coloniam Agrippinam imperio:
 non vi aut armis germaniā coegit: sed mansuetudine/ libera
 litate/ & iusticia/ inaudita incredibilq; eam mitigauit.

Anthonius
 Aurelius
 Alexander

Traianus.
 Agrippina

¶ Caput. VIII.

Hæ res igitur laudi germaniæ fuere / usq; ad salutis nostræ
 incipia: tu aut (ut religioni xp̄i addictu theologūq; decet) quid
 fidei: quid moribus humanis / artibus deniq; ac disciplinis hu
 mano cōtulerimus generi / a me iam explicari postulas. Fates
 or me tantis impare rebus / sed quantū lectione p̄cepi / memo
 riæq; suggerer: ad te perscribā, tacebo aut q̄ pacto / Recij Nori
 cūq; / Valeriano īperatore: salutato trans Alpina galliam Lom
 bardia vulgo dicūt, discursarūt flammis populabundi oia va
 stantes / Rauennā vsq;: aut quas deniq; expeditiones cū Go
 this: Vandalis: Hunisq; gessere: inter q̄s Sueui: Herulicq; mili
 tarūt & ex germanis alani (sunt em̄ alij p̄ōica natio ex quibus
 Gothialani dicunt Carraconensem Hispaniā incolentes (q̄s
 vulgo Cathelanos dicimus) fuere & germani. Longobardi vt
 nomē sonat / licet ex diuersis germanis gens collecticia quæq;
 ex fortuna duces sortiret auspicijs. Narcetis militantes Toti
 la Theiatēq; Gothorū regibus oppressis / nomē Gothorū reg
 nūq; ex Italia pepulere. Vtinā verborū Barbariē vt regnū sus
 tulissent.

Rhetij
 Norici.
 Valerianus

Gothi
 Vandali.
 Huni
 Sueui:
 Heruli
 Gothialani
 Longobardi

¶ De antiquitate Baioarorum.

¶ De Carolo magno Primo Germanorū impe
 ratore post Græcos / & de inhumano facinore
 Galloꝝ modernorū. Ca. IX.

Quid de Pipinis Carolis dicam: qui germanorū ductores
 Longobardorū potentia (quæ collecticia ut diximus gens toti
 Italiæ dnata est) cōprimentes Desiderio & aistulpho eorū reg
 gibus domitis vicisq; ac i germania custodie traditis. Ro. p̄
 ōificibus sæpius rebelles tandem subiugum misere: ducentesi
 mum quartūq; post annū: quo in Italiam venerāt. Anno aut
 christi. D. cc. lxxvi. Carolus em̄ magnus cui Franconia natus
 le solum fuit (Platina teste in Hadriano primo) romā petijt ex
 pectatus ab Hadriano cum clero suo in gradibus sancti Petri
 pedes p̄ōificis exosculat: oēs basilicas pie & religiose inuisit.
 at muneribus q̄busdā ornauit: q̄ dono pater Pipinus Grego
 rio tertio dederat: eadē ipse amplioribus priuilegijs confirma
 uit: desiderij ecclesiæ romanæ p̄secutorē in exiliū misit (cass
 num religionis causa diuertens / om̄ia monasterij dona ab alijs
 principibus diuo Benedicto data confirmauit. Mox deinde

Carolus nulla interposita mora in Saxones Idolatras (qui ob
eius in Italiã discessum rebellauerant) mouet atq; eos postq̃ a
primo in eos bello triginta cū hac gente annos bellauerat vic
tos iugum christi subire coegit/id eo spectat ut Carolum ger
manū esse intelligas/nā transhenanus est. ideoq; magnifice
res p̃ eum geste nequaq; francis modernis: sed francis germa
nis sunt assignande a quibus hij galli qui francorū regni titulo
designant̃ olim desciuerē: uti & hodierna die cum Maximilia
no christianissimo Romanorū rege cōtra ius gentiū humanā
societatē integritatēq; defecerunt. Nam Maximilianus ex ea
domo ac familia genitus est. de qua Caroli magni stirps pp̃a
gata fuit. Carolus is est/qui Leonē tertiu a populo Romanorū
fraude pascalis primicerij & campuli presbyteri captū & ca
sum/in germaniãq; vsq; ad Saxones(cōtra quos tum bellum
Carolus gerebat) p̃fectum egregio comitatu Romā remisit:
Mox dein Carolus nō diu moratus p̃ Maguntiacos in belgis
positos: noricūq; montē in forū Iulij descendēs romā expe
ctatus p̃ficiscī: urbē ingrediētī oīa certe(et merito qdē) hono
ris genera adhibita sūt. octauo aut̃ die postea quā urbē ingres
sus fuerat: in Basilica petri astante populo & clero episcoporū
omniū qui co ex tota Italia & francia cōuenerāt sententias de
vita & moribus p̃tifficis rogat: verū ob om̃ibus vna voce res
sponsum est sedē apostolicā omniū ecclesiarū caput a nemine
(Layco p̃sertim) iudicari debere: om̃issa aut̃ ob tā graue respō
sum a Carolo questione. Leo p̃tiffex qui id iudiciū maxime
expetebat: suggestum cōscendens ac euāgelia in manibus res
tinens/iurefurādo affirmauit se omniū rerū q̃ sibi obijcerētur
infonem esse: Fuit is dies Idibus Decembris/ salutis Anno
octingentesimo dū aut̃ hac Romæ agerent Pipinus mandas
to patris: Beneuentanos duce Grimaldo finitimos suos vexā
tes aggressus/magnis cladibus ita perdomuit/ut egre se mes
nibus tuerent: cui bello vinigifinū spoletinū ducē proficiens
ad pattē reuertit̃ imperij coronā breui sumpturū. Nam ponti
fex Carolo optime de ecclesia dei merito/ aliquā gratiā relatu
rus(cū videret imperatores Constantinopolitanos egre id no
men tueri ac ob eam rē urbem & Italiã ipsam magnas calami
tates passam) in Basilica petri/post solennia sacra populi Ro

Maximilia
nus

Forū Iulij

Leo. III.

mani scito & p̄cibus ipsum Carolum magna voce imperato-
rem decernit: ac dyademate donat: ter acclamante populo Ro-
mano / Carolo Augusto a deo coronato / magno & pacifico i-
peratori vita & victoria. Pontifex item hominē inunxit / vna
cū Pipino filio: quē Italiae regē solemnī decreto pnunciavit.
Quid gloriosius: quid laude dignius germanis vnq̄ accidere
potuit: q̄ propter praclaras belli sacerdotiq̄ defensi virtutes
supremi regni: & totius orbis monarchiam / summisq̄ princī-
patus habenas & gubernacula meruisse: ac quo ad saecula sta-
bunt possidere. Quamq̄ a tēpore Claudij caesaris plures ipe-
ratores ex germanis / partim originē sumpserūt / partim electi
sunt. Diocletianus em̄ ex illirico: Decius Probus Iouinianus
& Valentinianus ex Pānonia nati / germani fuere. Vnde ma-
gis a gr̄cis in germanos redisse imperium dici potest. quam
translatū. In de certo constat: ppter ignauiam ioperatoris Con-
stantinopolitani a gr̄cis in germanos romanū imperiū trans-
latū esse.

Diocletianus
Decius
Probus
Iouinianus
Valentinianus

¶ Carolus magnus filiis suis regna distri-
buit Imperijq̄ fines decernit. Ca. X.

Carolus aut̄ iam senio grauis cū intellexisset Pipinū quem
rut diximus) Italiae regē perfecerat: Mediolani mortuum esse
Ludouicū filiū minorē natū / Aquitaniae regē & imperij suc-
cessorē: Bernardū vero nepotē Italiae regē declarat / eiq̄ man-
dat: ut Ludouico rebus in om̄ibus obtēperet / fines ioperij hos
esse voluit in gallia: rhenū ac ligerim qui in celtis oriens / eos
a Betirigibus diuidit. In germania vero Danubiū & Sauum
fluuios. His aut̄ puincis Aquitaniā Gasconiā magnā partē
hispaniae Cisalpinā Gallia Saxonā / vtrāq̄ Pannoniā Istriam
Liburnos addidit. Maritimā vero Dalmatiē ipeo Constanti-
nopolitano subiecta erat / quae nūc p̄ magna parte turchis ser-
uiunt / in dedecus principum xp̄ianorū qui dū de suis libidini-
bus decernant / magnā Europae partem Mahometane perfidie
subiectā esse pmittunt. Rebus aut̄ ita cōpositis dū Aquisgra-
ni esset valitudinis causa / ppter aquas calidas q̄ ibi scaturiunt
febre ac dolore laterū morit̄ aetatis suae anno. lxxij. quinto kal.
Februarij: Salutis vero anno. D. ccc. xv. Etus aut̄ corpus nul-
lo nō genere honoris adhibito in tēplo Beatae virginis / qd̄ ipse
magnis sumptibus Aquisgrani extruxerat / sepelitur hoc ad

Mahometes
Aquisgra-
num

dito epigramate: Magni Caroli regis christianissimi/ romano
 rum imperatoris corpus hoc sepulchro conditū iacet. Fuit au-
 tem Carolus (si eius res gestas tū domi tum foris inspicis) tan-
 tæ amplitudinis & integritatis imperator vt postea neminē su-
 periorē: nedum parē habuerit. Adeo autē cū ei per otium lice-
 ret studijs litterarū delectatus est/ ut primus (suadente tamen
 Albino) gymnasium parie nse instituerit. Non dubito a te &
 Abbate Spanhemensi in Cathalogo Germanorū: (de quo mi-
 hi scripsisti) consignatū esse Bonifacium archiepiscopum Ma-
 guntinū qui germanos ad christi fidem cōuertit. Neq; prates
 reas Rhabanū illustrissimū theologum atq; poetā: Strabū q;
 & Haymonem viros in studio sacratissimarū litterarū prestari-
 tes. Nec credas hos quattuor primos fuisse ex germanis inge-
 nio & sapientiā illustres. Fuit ante hos diuus Hieronimus ex
 Dalmatiæ & Pannoniæ finibus. nec minus germanus quam
 alterius cuiuscunq; nationis. Inde est q; præclaras rheni ciuita-
 tes & nostros populos probe nouit; probeq; descripsit. Neme-
 tes em̄ Vangiones & Maguntiacum suis in epistolis liquido
 reperiunt. Sanctum quoq; Martinū antistitem ex Pannonia/
 superiore quæ germaniæ pars est natū esse constat. Sunt qui
 contendunt Lactantium Firmianū eloquentissimū & sapien-
 tissimū virū/ ex germanis descendisse/ & hodie familia est nō
 obscura inter germanos quæ Firmianorū obtinens nomen:
 lactantij posteritatē sese esse gloriāt. Ex hac familia adhuc ex-
 tat: Nicolaus firmianus eques auratus/ quē tu in Insbruck: a
 mātissime Thoma: anno ab hinc tertio: & vidisti & alloquus-
 tus es. Vir (sicut notū est) magnæ auctoritatis apud Maximili-
 anū Augustū.

De Lodouico Pio. Ca. XI

Ludouicus Pius Imperator ubi intellexit Stephanū quar-
 tum/ romanū pontificem in Gallias proficiscentē ad sese in au-
 relianis aduentare/ statim honoratissimū ei quemq; obuiam
 misit ipse vero ad primū lapidem prodiens cū hominē vidis-
 set/ ex equo descendit: atq; eū (data acceptaq; salute) cū maxi-
 ma veneratiōe in urbē introducit sustentatq; pontificē impe-
 rator/ ppter impetū multitudinis studio videndi cōcurrentis
 Cucē magni pōderis magnæq; estimationis sua īpena beato
 Petro dicauit, dedisse dicit paschali liberā eligendorū Episco-

Bonifatius

Rabanus
Strabus
Haymo
hieronimus

Nemetes

Martinus.

Lactantius.

potestate: quæ antea ex imperatoris voluntate penderat. Lodouicus enim natura clamens & humanissimus fuit; ecclesie iura & dignitatum semper tutatus est: Instituit etiam ne christi serui ulli seruituti humane subiecti essent; & ut vnaqueque ecclesia suos prout haberet; unde sacerdotes viuerent; ne ob inopiam rerum cultum diuinum desererent; neue ob necessitatis que sui sese dederent. Idem preterea Lodouicus octingentesimo ac trigesimo nostre redemptionis anno synodum multorum episcoporum habuit; in qua vanitates vestium; luxusque gemmarum; aurique & argenti nimia pompa ecclesiasticis interdicta sunt: vltima nostris temporibus Ludouice viueres/ Sunt qui scribant rogatu Ludouici Gregorium sanctorum omnium celebritatem kalendis nouembris instituisse. Lodouicus bernardum fratrem: Italia regem/ qui ab imperio defecerat capitali supplicio affecit/ episcopos vero huius factionis auctores/ qui Bernardum instigauerant/ in monasteria relegauit: filium suum primogenitum Lotharium: imperii socium sibi delegit in conuentu apud Aquigranum habito. Misitque ad pontificem paschalem/ a quo in Basilica Petri inungitur & augustus appellatur. Mortem autem lodouicus imperii sui anno. xxxvi. Sepelitusque Metis in basilica beati Arnolphi.

De Lothario Primo. Ca. XII

Inter filios Lodouici exortum est odium: propter imperii diuisionem. Cuncti Lodouicus & Carolus contra Lotharium fratrem suum acerrime dimicarent misit Sergius papa. ij. Georgium archiepiscopum lauennatem/ componendae rei causa. Fratres totius regni calamitatem miserati/ fœdera in hunc modum ineunt: ut pars illa occidentalis regni/ quae a Brytanico oceano usque ad Mosam flumen pertinet/ Carolo obtemperaret: in eaque etiam Francorum nomen maneret utque Lodouico germania contingeret/ usque ad rheni fluentiam; & transrhenum quicquid genitor possedisset. Lotharius autem cum imperii titulo/ urbem Romam obtineret cum Italia; & ea parte Galliae quae olim Narbonensis/ nunc romana prouincia vocatur. Huic autem addidere eam quoque partem quae inter Schaldum & Rhodanum fluuios Lothoringiae a Lothario nomen accepit. Leo. iij. pontifex accusatus de transferendo imperio ad Constantinopolitanos consilium inisse Lothario se purgas satisfecit: qui ob id delatione quorundam impulsus/ romam venerat. Dicunt nonnulli

No Jegerus

Lotharium iam grandem natu sumpto monachorū habitu/
filium Lodouicum Imperatorē reliquisse. Vixit his tēporē
bus No Jegerus germanus primū abbas sancti Galli/ deinde
episcopus Leodiensis/ in sacris & gentilibus litteris eruditissī
mus. Quicq; ecclesiasticas profas coposuit: quæ in Germania
ante euangelium in sacrificio misse legūtur: eas em̄ ut legi in
re diuina posuit: Nycholaus papa primus approbauit.

Nycholaus

¶ De Ludouico secundo. Ca. XIII

Sergius. II

Ludouicus secundus: Lotharij primi filius/ quē regni soci
um pater ascuerat/ & in Italiam cū ingenti exercitu miserat/
cum vrbi appropinquasset/ ei obuiam honoris causa romani
ciues prodierunt. Sergius secundus pontifex/ mutuo osculo
mutuacq; salute data & accepta/ eum regē oleo sacro iungit:
corona donat/ Italię regem decernit. Approbauit Ludouicus

Nicolaus. I

imperator/ edictum quo Nicholaus primus instituit: ne prin
ceps ullus secularis aut imperator/ cōcilijs clericorū interesse
auderet/ nisi de fide ageretur. Cūq; Nicholao mortuo roma
ni Hadrianū secundum virum sanctum elegerint: misit Lo

Hadrian^o II

douicus imperator litteras/ quibus romanos ad modum lauz
dabat/ quod summū pontificem sancte & integre creassent/
non expectato aliorū voto: qui forte ea in re ob ignoracionem
personarū minus iudicij habuissent. Qui em̄ fieri posse dice
bat vt peregrinus & hospes dignoscere posset in aliena repub
lica/ quis potissimū cæteris preferendus sit/ Sententia iperato
re digna.

¶ De Carolo tertio. CXIII

Mortuo Ludouico: Carolum eius filiū Ioannes octauus &
ej; liberius in urbe viuere liceret/ imperij corona donauit. Ter
tiusq; Carolus appellatus est. Qui postea in normannos exer
citū mouens. Franciā & Lothoringiā vastantes: ita eos p̄do
muit: ut Rothfredus eorū rex/ pacem petere & fidem Christi
suscipere coactus sit: quē imperator Carolus in gratiam recipi
ens/ baptismatis fonte leuauit: & filiā in vxorē dedit. Hic Ca
rolus multa monasteria condidit/ ac rē diuinā auxit: sed hæc
eius precipua laus qd' multos ad scribendū impulit. Nam &
ad suā instigationē Milo beati amandi monachus: eiusdē san
cti vitā accomodate scripsit. & Ioannes Scotus quedā nostræ
religionis acutissime disputata grauissime composuit.

Milo
Ioannes sco
tus.

¶ De Arnolpho septimo a Carolo magno imperatore. Ca. XV.

Arnolphus septimus a Carolo magno imperator: primo qui de strenue: sumptis armis Normānos rebelles pdomuit: ve rū mox in ecclesiasticos sœuiens / dei nutu pediculari morbo: quē græci vocāt: breuī cōsumptus ē: relicto Lo douico filio successore: Non iuenimus quēpiam filios filiorū suoz vidisse / aut sceliciter tandē mortuū: qui clez: q̄ ecclesiā q̄ dei ministros psecutus / dāno vel cōtumelijs eos affecisset.

¶ De Ludouico tertio Arnolphi filio. Ca. XVI.

Lodouicus in iperio suffectus / nusq̄ legiū coronā accepit: tamē cū Berengario foro Iulianoꝝ duce: qui a Longobardoz regibus originē ducens: auitū paternūq̄ regnum repete bat: armis decertauit, & primo Berengarium vicit atq̄ supera uit: Mox apd' veronā renouato prelio / Ludouicus magna su arū clade superat / ac oculis genitalibusq̄ priuat: sicut germa noꝝ annales referunt: ne successorē sibi generare possit: qua victoria / regnū Italicū itez ad Longobardos peruenit: annos fere post centū a Caroli morte / a q̄ tpe ignauī principes apud germanos / Italos / Francosq̄ occidentales fuere: pariter & in Petri sede.

¶ De Henrico primo. Ca. XVII.

Henricus germaniæ rex: ab hac ignauia liber & imunis / hū garos qui alemaniā saxoniamq̄ populabant: apd' Meresbur ga. Meresbur ga. Rodolphus Burgundio Rodolphus Burgundio Quo mortuo Berengarius tertius Berengarij primi ex filij ne pos / italico regno potitur. Anno. D. cccc. xxxv.

¶ De Othone primo. C. XVIII.

His ignauis principibus / successit Otho germaniæ rex / ex nobilissima saxonū domo. qui Venceslao boemoꝝ regis mor tē vltus est: eo maximo tpe / quo romanae fidei Stephanus oc tianus pōtifex presuit: qui & ipse germanus erat. Cuncq̄ beren garius Henrico Bauaroz duce fugato: Italia potitus. iperato ris sibi nomē usurparet: filiūq̄ Albertum Italiae regē dixisset: coniecta in carcerē. Adelaida Lotharij fratris filia: ne papiam vrbē dotalem repeteret. Agapitus pōtifex / Italiae q̄ pceres ob tantā Berengarij superbā: omnia sibi cōtra iūs phalsq̄ vendicā Agapitus. I

Berēgarius

Ludouicus
Frātierex.

Hugo Co-
mes parisi-
rum.
Boheslaus

ris: Othonē germanū regē in Italiā vocāt: qui quidē p̄ forum
Iulij/cū quinquaginta milibus hoīm puinciam ingressus: de-
turbatis statim e regno Berēgario & Alberto: Adelaïdam Lo-
tharij filiā e carcere ductā: in vxorē accepit: ex qua postea filij
suscepit: cui Othoni secundo nomē fuit. Otho tamē Italia di-
scedens hac modestia usus est/ut Berengario & Albertho gu-
bernande puinciae arbitrū pmiserit/cōpositis inter pontificē
& Berengariū rebus. Idem Otho Lodouicū Frāciae regē mag-
nis eo p̄pere deductis cōpijs iuuit: quē p̄ceres puinciae: adiu-
uante Hugone Parisiorū comite/ipsius Othonis sororio pro-
pe e regno depulerant. Otho em̄ tum magno in pracio erat
domito Boheslao Boemiae Rege superatūq; tribus grauiss-
imis praelijs Hungaris germaniā vastantibus/ ac captis tribus
eorū regulis/quos germani: cōtradiciente imp̄ratōre/vitā la-
queo finire coegerūt. Interim mortuo romae Agapito/ Octa-
uianus pontificatū occupat: assumpto sibi Ioānis duodecimi
nomine: homo sane ab adolescentia omnibus probris ac turpi-
tudine cōtaminatus: venationibus magis (si quid tēporis a lib-
idinis supererat) deditus quā oratiōi. Hac indignitate mo-
ti duo cardinales: Othonē litteris obsecrāt: ut clarū populūq;
romanū, e manibus Ioannis duodecimi: simul etiā Berēgarij
thyranide vendicare conetur. Hanc ob rē Otho in Italiā mo-
uens/ primo quidē Berengarium & Albertū filium in potesta-
tem suam redegit: alterumq; Constantinopolim: alterū in Au-
striam relegat. Mox urbē ingrediens/ ab ipso Ioanne honorifi-
centissime suscipit: coronaturq; accepto germaniae p̄anoniae
q; titulo: qd̄ reliqui imperatores deinceps obseruarūt. Otho
aut̄ cōposito aliquātulum statu ciuitatis/ cum Ioanne secreto
collocutus: hominē primo blande appellando/ a flagitijs des-
terrens/ ad virtutē adhortabāt: verū cū nequaq; moueri e sen-
tentiā verbis eum cerneret: ad minas cōuersus concilium indi-
cit: conuocatis Italiae episcopis/ quorū iudicio vita sceleratissi-
ma hoīs de iudicaretur. Is itaq; iudiciū bene sentientium refor-
midans/ in hernicas aufugit: in siluisq; more fere: aliq; diu de-
lituit. Hanc ob rē Otho: persuadente clero: Leonē romanū cl-
uē Lateranensis ecclesiae scrinariū p̄tissimē creat. Ioanne
aut̄ post discessum ip̄eratoris: a suis amicis reuocato: & paulo

Leo. viij.

post inſoeliciter mortuo. Romani in eius locū benedictū sub Bñdicius. v
 rogant: idq; ab imperatore qui tū ſpoleti erat/confirmari con
 tendunt: at imperator iratus romanos tamq̄ inuſta postulan
 tes/a ſe repulit eosq; ferro & flamma/omnia circa urbē poſita
 vaſtans cōpulit: eiecto benedicto: quē ſecū in germaniā exi
 lem duxerat: Leonē ſuſcipere ad actos ſacramento/nil ſe earū
 rerum imutatuos/quas ipſe imperator in re pōtifiſcia conſi
 uiſſet. Leo aut̄ ſtatim romanorū inconstantiam perteſus/om
 nem eligendī pontificis auctoritatē a clero populōq; romano
 ad imperatorē tranſtulit. Leone vero mortuo Ioannes tertius Ioannes. xiiij
 decimus pontifex/romanorū quoq; ſeditionibus fatigat̄. Ac
 ceſſito em Iofredo campaniæ comite/Lateranenſes edes vī ir
 rūpente: Ioannē capiunt captūq; primo in Hadriani molem:
 quā ſancti angeli Caſtellum vocāt: perducit. mox in campa
 niam exulatū mittit Otho cognita pōtifiſcis calamitate: cum
 Othone filio ingentibusq; copijs Romā perueniens cōſules
 & prefectū cū decarchonibus: quales ſunt qui regionibus ur
 bis romanæ p̄ſunt: in vincula cōfecit: ſciturus cōiurationis ca
 pita: queſtionū aut̄ re cōgnita cōſules in germaniam mittunt
 Decarchones vero laqueo ſuſpenſi/ p̄cenas ſtatim dedere: Pe
 trus aut̄ urbis p̄fectus/malorū oīm ſons & origo: diu cū igno
 minia p̄ publica urbis loca tractus ac virgis cæſus: in germani
 am vincitus mittitur. Miſit Otho filium ſuū cū exercitibus in Petrus præ
fectus.
 Italiā: ut ſarracenos ex ea pelleret: nec cōtentus erat Otho fi
 lius/ſarracenos cedere: ſed græcos quoq; qui cū mauris foede
 dera inierant/ grauiſſimis prælijs ita p̄domuit: ut eos ſere om
 ni Calabria & Apulia eiecerit. Otho deinde egregius adoles
 ſcens/Nicephorū Conſtantinopolitanū imperatorē pepulit:
 & Ioannē filiu in ip̄erio cōfirmavit: theophaniamq; ſororē in
 vxorē accepit: quā Ioannes tertius decimus vna cum Othone
 marito apud Lateranenſem baſilicā corona imperij ornauit/
 annuente Othone ſene: qui filium confortē imperij fecerat.
 Otho vero pater in germaniā p̄ficiſcens ſenio cōfectus: opti
 mus: princeps: & acerrimus eccleſiæ romanæ deſenſor: Vien
 ne morit̄.

¶ De Othone. II. Ca. XIX

Otho ſecundus primi Othonis filius/Henricum Bauarorū
 ducem rerum nouarū cupidum: perdomuit: & in Lotharium

Lotharius

mouit; qui Lothoringiam romanſimperij puiriciam occupa-
uerat; Aquisgranenſemq; agrū populatus fuerat. Otho autē
superato Lothario/Vaſtatiſq; Sueſſionū agris/ac incenſis pa-
riſiorq; ſuburbijſ dum in patriā copias reducit apud Auxonā
fluuiū/nō nihil incomodī accepit. Deinde vero cōparato ma-
iori exercitu/in Italiā cōtra Baſilium & Conſtantinū gr̄co-
rū imperatores veniens (qui iam Calabriā & eā Italiā partē q̄
ad Syclliam vergit occupauerāt) dum apud Baſentellum pug-
naret/ ppter deſertionē & fugā quā Romani & Beneuenta-
ni coeperāt; ſuperatus eſt; & aſcenſa ſchaſa captus; Beneficio
linguā (latinā em̄ & grecam calluerat) diuicq; petri patrocini-
o quē inuocauerat ereptus eſt. Deinde cōparato ingenti exerci-
tu/in deſerto res Italas anīaduerrere decreuit; potiſſimū in be-
neuentanos/a quibus inītiū fugiendi factum fuerat/dū apud
Baſentellum cōtra gr̄cos pugnaret. Itaq; in Beneuentanos
cōuerſus/vrbem capit et incendit; tranſlato inde corpore dñi
Bartholomei; romæq; in inſula Tyberina collocato. Moritur
paulo poſt Otho romæ & in veſtibus beati Petri (paradiſum
vocat) labro porphiretico quod adhuc introeuntibus ad le-
uam apparet; honorificentiffime ſepelitur.

Corpus ſc̄i
Bartholo-
mei.

De Othone tertio. Ca. XX

Gregori⁹. v
Crescentius
Ioānes. xiiij

Germani qui tū in urbe erāt/Othonē filium imperatorē eſſi
ligūt. Cuius auctoritate Bruno ex Saxonū genere; romanus
pōtifex creat; Gregorij quinti noīe de ſumpto. Othone autē
in germaniā abeunte/Crescentius denuo cū ſumma poteſtas-
te a romanis cōſul decernit; qui ſtatim Ioannē quendā natio-
ne gr̄cū pontificē creor; Gregorio reſecto: Qua indignitate
motus Otho; magnis copijs in Italiā venit/Crescentiū cū lo-
anne in molem Hadriani; qd̄ eſt caſtellum ſancti angeli; fugis-
entē obſedit/acriter arcem his qui in preſidio/ cū Crescentio
erant defendentibus; Tandē ſub ſpe venie deditioe facta; dū
ex arce ad imperatorē ſe conferūt; Crescentius a multitudine
multis vulneribus confodit. Ioannes pōtificatu deſicitur Gre-
gorio reſtituto. Gregorius iſte cognita iperij imbecillitate; va-
rietateq; fortunę; utq; is qui ceteris virtute præſtaret/preſſet
etiā dignitate ſanctionem rettulit; haud abnuente Othone de
imperatore deligēdo; Anno xp̄i, M. II. quam uſq; ad noſtra

tēpora seruata videmus: videlicet solis germanis licere prin-
cipē eligere/ qui cæsar & Romanorū rex appellatus: tū demū
imperator & Augustus haberet: si eum romanus pōtifex in-
unxisset: Neq; hanc electionis auctoritatē ab electoribus dein
ceps romanus pōtifex adimere pōt. Quis em̄ dedit populo
romano īperatoris eligendī potestātē nisi ius & diuinū & na-
turale.

De defectione stirpis Caroli magni
in Gallijs: deq; indignatione galloꝝ
in electoꝝ institutionē. Ca. XXII

Quāuis autē: magnanimo constanti: & veraci populo/ na-
tionūq; potius quam pusillanimi/ leui & versipelli/ ecclesie pa-
trocinū imperiūq; romanū cōmissum esset: tulere tamē id inī-
quo animo Franci occidentales: quos nūc gallos vocāt. Verē
qm̄ in Lodouico Lotharij filio: genus Caroli magni in gallijs
defecerat/ regimenq; galliarū ad Hugonē ducē/ cognomento
caputiū venerat repetere imperiū desistere: Nec indigne: cū
vera Caroli stirps sicut a germanis ortū & originē habuit/ ita
in germania permansit: in tribus quidē nobilissimis illustrissī-
misq; & potentissimis Saxonie: Bauarie: austrigq; domibus
Crebris em̄ victorijs/ nūc Saxones/ nūc Bauaros Carolus ma-
gnus deuicit/ quibus ex suis cognatis duces designauit: a Frā-
cis autē orientalibus qui germaniam incolunt: ipse Carolus ge-
nus duxit: Omnesq; franci transrhenani a troiana stirpe post illi-
um captū/ longa serie pgeniti: Caroli autē genus ex Aufrasia
fuit. sicut Blondo placent: & robertus gaguinus asseuerat: qui
& apud reges francoꝝ summo magistratui prepositus extitit
quē sub priscis regibus Magistrū domus appellauere. Beatus
Arnolphus ecclesie Metensis. xxix. episcopus/ cū ante adep-
tū pontificatū/ huic quoq; magistratui præfuisset: ex legitima
cōiuge duos filios pcreauit: anchisum & Clodulphū. Anchi-
si huius nomē ab Anchise patre Aeneæ (qui a Troia in Italiā
venerat) credi esse deductum. Anchisus genuit Pipinū/ q̄ ne-
mo vnq; fuit audacior/ ex illo Carolus nascit̄ viris fortissimis
conferendus: qui inter maxima bella q̄ gessit ita precipue Sar-
racenos cōtriuit: ut usq; in hodiennū diē/ gens illa truculenta
& perfida/ Francoꝝ arma formidet. Hic itaq; genuit Pipinū
fortitudine sapientiæq; clarissimū. Is Vascones cum principe

Hugo capu-
tius

Saxonia.
Bauaria.
Austria.

Blondus
Robertus
gaguinus.

Arnolphus
Metensis
Anchisus.

Pipinus.

Vasco.

suo Vaisario perdomuit miræq; facilitate debellauit.

¶ Carolum magnum & Pipinū patrē suum
fuisse germanos. Ca. XXII.

Huic Pipino/filius fuit Carolus magnus/quē ut germanū
fuisse luce clarius intelligant/qui gallum eum arbitrant. Au-
diant coniugū liberorūq; eius nomina; quæ germanica sint/
nō solum voce sed & significato fuisse. Carolus ex Hildegardis
de cōiuge/quatuor filios/ & filias quinque procreauit. Habuit
tamen ante legale cōnubium ex Himeltruda nobili puella; fi-
lium nomine Pipinū. Natorū sane quos ex Hildegarde genu-
it/istalunt nomina. Primus Carolus patris ac proauī vocabu-
lo nuncupatus; Secundus item Pipinus; Tertius Iodouicus;
qui cum Lothario in infantia mortuo; vno partu est genitus;
Mortua autē Hildegarde apud urbem Metensem/in beati Ar-
nolphi oratorio requiescit: Vbi & duæ Pipine silia humatæ
sunt; Rodthaid vna/altera Adalheid appellata. Cum hæc no-
mina quiddam apud nos significant/& apud reliquas natio-
nes sint barbara; consequēs est nō a gallis parentibus sed ger-
manis inuenta/& liberis indita fuisse. Hæc ex annalibus Me-
tensium hausimus. quā ob rem Urbanus secundus in cōsilio
Claromontensi Carolum germanū fuisse inter orandum cō-
memorauit. quod & M. An. Sabellicus in Venetorū historia
narrauit. Taceo q; Carolus in germania natus in ea crebram
(dum per bella licuit) morā faciens/in germania quoq; sepul-
tus. Mensibus & ventis germanica per sese indidit vocabula
Multasq; sacras ædes; multa sanctorū patrū cenobia/ Carolus
& filij nepotesq; eius/ in germania; in Rinchauia; & Francia
transrhenana siue orientali/& apud Moganū instituerūt/sun-
darūt/dotauerūt/extantq; hodie arx & ciuitas ab eo in Fran-
cia orientali sub episcopatu Herbipolensi extructæ/quæ a suo
ipsius nomine adhuc Caroli ciuitas; & arx Caroli nuncupant
Nemo vero credat gallos aut Francos occidentales; in germa-
nia transrhenana ditiones & potestatem habuisse/ nō paterētur
id Balgarū Sueuū ac Francū orientales/homines utiq; magnani-
mi ac constantissimi; viros e gallijs per rhenū aduenientes/sibi
dominari; quos neq; Iulius/neq; Augustus subiugare pos-
tulerūt. At franci transrhenani/qui sunt orientales in gallia do-

Rodthaid.

Urbanus II.

Herbipolis

Caroli ciuitas.

125.

Caroli arx.

minati sunt. Arceſq; & urbes & auctoritatem in manibus ſuis
 tenuere: Dum em̄ rex quidam Francoꝝ occidentalium re
 gno inutilis a pontifice deponeretur. Pipinum Caroli magni
 imperatoris patrē ex auſtraſia/ quæ germaniæ pars eſt ortum
 in eius locum ſubſtituit: cuius rei ſacri canones/ & Baldus acu
 tiſſimus iurū interpres; Blondus Forliuieñ/ & multi doctrina
 ꝑcellentes viri ſubſcribūt. Itaq; germani gallis: nō galli germa
 nis dñari cœperunt. Adde q̄ & Innocentius tertius romanū
 imperium a græcis in germanos translatum refert in perſonā
 quidem magnifici Caroli/ eū ergo germanum fuiſſe liquido
 cōprobatur: ipſumq; patrē ſuum/ Pipinū ex germania natū/
 frequentatiſſimo prouerbio coniectari poteſt: quo noſtrates
 vel pueri crebro alterutrū colloquūtur: huiuſmōdi verbis etiā
 ſi haberes prudentiam regis Pipini: vulgo pippis. Et Aeneas
 Siluius in capite hiſtorie Boemōꝝ aſſeuerat/ Frācos ſiue gal
 los ex germanis deſcendiſſe. Errant igitur vehementer plerūq;
 q; etiā noſtratum qui Alſatiam/ ſiue terram Heluetiarum/
 qui iam Alſates appellantur: qui nobilem Argentīnā/ qui cæ
 teras terras a ſiniſtro rheni latere ſitas (quæ ad Romanum im
 perium & ad nationē germanicam ſpectant) ſub dominium
 gallorum/ & regnum occidentalis Franciæ pertinere arbitran
 tur. Audacter igitur Caroli gentem nobis vendicemus/ nec
 ſinamus ſuperbos gallos ſibi arrogare/ quod noſtrum eſt/ le
 gemq; fauiam de plagis intendamus/ nititur em̄ gallicus ſa
 ltus cuncta ſibi contra ius & fas uſurpare. Memoria em̄ pro
 ditum eſt: & Aeneas Siluius palam ſcribit: nullam eſſe gentē
 quæ galloꝝ ſuperet ambitionē. Scribit ꝑterea Flavius Vopi
 ſcus qđ nō prætereundū duximus: Proculum iperatore occi
 ſum ꝑdentibus gallis/ quibus familiare eſſe ait/ ridendo fidē
 frāgere: eoſdē nouarū rerū cupidos Iulius Capitolinus refert.
 Sed miſſa iſteſt faciāmus. redeo iā ad germanos q̄ huic inclitæ
 gēti ſucceſſere.

¶ De Henrico ſancto. Ca. XXIII.

Primus igitur occurrit Henricus ex ducibus Bavarōꝝ: qui
 ſecundū inſtitutionē Gregorij. v. ex ſuperius dicto ſenatuſcō
 ſulto/ maioris deniq; auctoritatis/ hortenſia lege/ primus ad i
 perium ſufficit: De cuius vita moribuſq; nihil mihi dicendū
 aſſumo; ſupra em̄ vires pondus eſt; cum ob ſanctitatē vitæ in

Innocentius
 tertius

Aeneas Sil
 uius.

Lex horten
 ſia.

numery sanctorꝝ relatus sit: & ne solam ei virtutem suffragio
fuisse intelligas; genus etiã Othonis cōtingit, fuit etem mag
ni Othonis ex fratre nepos/ & ne ob pietatē religiosissimãq;
vitã res bellicas neglexisse credat: cōpositis rebus germanicis
in Italiã mouit/ acceptaq; imperij corona sarracenos a Capua
expulit/ ac bubaganũ græcorꝝ ducē: qui mauris fauerat: acri
prælio superatũ/ adeo p̄secutus est: vt eũ quocq; Troia spolia
uerit/ quã is condiderat: in eo loco vbi quondã amilcaris filij
hanibalís castra fuere. Morit̄ aut̄ sanctissimus rex/ vna cū ku
negunde coniuge sacratissima muliere: anno imperij octauo.

¶ De Conrado Sueuie duce imperatore. Ca. XXIII.

Post huius sancti viri mortē triennale interregnũ fuit: cum
electoribus minime constaret quē potissimũ deligerēt: tandē
legitimis suffragijs/ Conradũ imperatorē creauere/ qui fran
ciã orientalis & sueuicæ dux fuerat: & ne cū gallis quispiã er
ret/ exploratũ est oēs rheni accolæ francos vocari: præcipue
vero Alsates cōterraneos nostros. Q; si perpetuã historiã
scriberē, vero certius id demonstrarē. Nomen em̄ Francus li
berũ denotat. Scimus aut̄ inter cunctas germaniã poplõs: Al
sates romana libertate pollere. Conradus princeps strenuus
& in re militari prestans (qui apud Henricũ diu ordinũ dux
fuerat) ad imperiũ susceptus: Primo pacē teneri edita lege sanc
ciuit. Et quia post mortē Henrici multæ ciuitates Italiæ ab im
perio desciuere: coactis copijs quas prius sub Henrico duxe
rat in Italiã/ descendens primo in Mediolanũ mouit/ ciuita
tem obsidiõ: enixit: excidiũ & interitũ vrbis interminat. Sua
dente aut̄ Coloniensiu antistite/ cui ob id diuũ Ambrosium i
visione apparuisse dicũt: obsidionē soluit: p̄fectus/ deinde ro
mã accepta imperij corona a Ioanne p̄tifice in sclauos & vnga
ros mouit: qui deficientibus rebellantibusq; Italis auxilia præ
stiterãt, eosq; breui perdomuit. Ea tēpestare Rudolphus Bur
gundiorꝝ dux/ suorꝝ seditionibus vexatus: fidei patrociniõq;
Conradi se submisit: qua de re puincia Burgundiæ/ deinceps
imperialis aliqua ex parte dicta est, maxime eaq; ad Pyrrhent̄
comitatũ inter dubidem sita est. Persecutus deinde est Lupol
dum comitē de kalbo/ qđ ab eo inciũ turbate pacis/ ocij &
quietis ortũ fuerat, cuius filius henricus patre exule: rusticãq;

Capua.

Rhenus
Alsates

Francus.

Mediolanũ

Coloniens̄
episcopus
S. Ambro
sius.
Rhoma
Ioannes. xx
Rodulphus
burgundio
Burgundia

Comes de
Kalbo.

vitā ducente: Conradi filiā vxorē duxit, diuino nutu tandem
 q; ad imperiū (q̄uis bis ad occidendū traditus esset) peruenit.
 Romanis etiā Conradus exitiū interminatus est: si diutius
 (quēadmodū coeperāt) pontificē seditionibus vexassent. Mo-
 rit Conradus anno nostrā redēptionis, M. xxxix. pridie no-
 nas Iulij in tēplo Spirensi qd̄ fundarat & dotauerat sepultus. Spira.

¶ De Henrico secundo imperatore. CXXV

Henricus imperator gener Conradi: in loco natiuitatis suæ
 monasteriū condidit/ noīe te. npe ceruor; (vulgo Hirschow) Hirschow.
 in hercīnia silua adhuc extans. Mouit deinde in Bohemos ex-
 ercitu; qm̄ rex eor; Polonos iniussu suo vastauerat/ decertās
 primo dubio Marte cum eor; duce Bisetiflao; deinde anno se-
 uorū i Italia habuit. Cōmissum est hoc preliū. v. kal. Septem
 bris: Anno salutis nr̄ae. M. cc. lxviij. Gloriosissimi magnificē
 tissimiq; Sueuiā duces diuino & occulto iudicio / miserabilē
 hunc exitū sensere. Poterat gloriā & magnificentiā illustriss
 me domus: sua virtute resuscitauisse Eberardus quē barbarū
 vocabāt / multis post annis Deccentis & wirtenbergēsis dux.
 in regione Sueuorū a Maximiliano rege nostro apd Vangio
 nes institutus: si diutius illi viuere contigisset: sed fata (ne Ger
 manorū gloriā altius emergeret) hunc medio sustulerūt. De
 virtute huius principis multa nō loquor / quia Marsilius Fici
 nus maximus atate nr̄a platonius: i epistolari volumie hūc.
 Eberardū speciosissimis laudibus: non minus vere quā graui
 ter & erudite exornat.

Eberardus
 dux wyrten
 bergensis se
 nior.
 Maximilia
 nus
 Marsilius
 Ficius.

¶ De Rodulpho de Habisbur
 go. Ro. iperatore. Ca. XLI

Cunq; res germanica post Friderici filiorūq; eius interitū: diu
 cius sine rege certo fuisset / tandē Gregorio. x. pōtifice / Lug
 duni conciliū celebrante. Rudolphus comes de Habisburgo
 Alsatia superioris Lantgrauis: ab electoribus in regē roma
 norū electus est. Qui statim accepta de more Aquilgrani co
 rona / principes in sua verba iurare coegit / collectoq; ingenti
 exercitu / in Othocarū Bohemorū regē mouet / qui iter Bohe
 miae reges quintus Venceslao fratre defuncto regnū accepe
 rat. Fuit aut Othocarus suapte natura vir belli appetēs. & cui
 ad res gerendas magnus esset animus: extenditq; regnū a ma
 ri: baltheo (qd' Sarmatici germanicq; oceani sinus est) usq; ad
 Danubiū: & ad internū mare qd' Adriaticū dicimus. Nupse
 rat Othocaro Margarita friderici austriae ducis soror: q̄ prius
 Henrico Friderici. II. filio nupta fuit: q̄ mortuo sine sobole in
 patriā reuersa: fratri supstes Austriae duci sine liberis vita funz

Lugdunū

Alsatia

Othocarus

Sto in hereditate successit. Principatum igitur Austriae consecutus
 Othocarus (more humano) quod plura possedit eo maiora concu-
 pituit. Vlticus eo tempore Corinthiorum principatum tenebat / qui cum
 virili prole careret Corinthiam illi Carmolam / Marchiam / Scla-
 uonicam: & portum Naonis pecunia accepta contradidit: tum Ve-
 ronenses / Feltrini / Tarusini & multi Forliuenses sese Otho-
 caro submiserunt. Bellum Hungaris indixit / commissoque prelio
 victor Stiriam provinciam illis ademit. Rodolphus repetitis pro-
 uincijs tanquam iuris imperij / cum Austria nequaquam muliebri feudum
 (ut dicitur) esset / nec Vlticus iniussu caesaris provinciam venundare
 potuisset; cumque semel interuentu amicorum res compositae fu-
 issent / ut acceptis datisque filiabus affinitas utriusque iungeretur / p-
 uinciae / de quibus his esset dotales fierent. Rudolphus austriam
 adeptus. Othocarum in verba sua iurare (more maiorum) expo-
 scit. Indignatus autem rex id a se postulari / ab eo presertim qui
 magister curiae suae fuisset / id superbo animo tulit / exortae sunt
 rursus nouelites / tandem Othocarus veritus Rudolphum poten-
 tiam / in verba sua iurauit. Quod cum egrius ei coniunx kunigū-
 da (quam Margarita viuente insolenter desponsauerat) saepius
 obijceret / Rudolpho bellum indicit conuenere exercitus in ca-
 pis Austriae iuxta Danubium / atrox prelium dubio Marte commis-
 sum est / cum Bohemi multitudine ac robore / Sueui Alfatesque /
 quibus Rodolphus fiebat ordine ac arte superiores essent: ces-
 cidere quam plurimi ex utraque parte / maior tamen Bohemorum strage-
 ges / ad extremum Othocarus relictus / a suis dum fortiter pugnat
 occidit. Assignatum Rudolphus Austriae ducatum Alberto fi-
 lio / qui postea & in imperio ei sufficit. Bohemis deuictis Rudol-
 phus in Heluetios mouet; qui tunc comiti Sabandie subditi erant
 quibus subiugatis in quendam pseudo Fridericum arma dirigit;
 cui iam multi principes ciuitatesque adhaeserant / constans enim fa-
 ma fuit Fridericum mortuum minime fuisse / ideo in spem domi-
 nationis adipiscende se quidam Fridericum simulauerat: & deuictio
 nulliusque igni consumpto / principibus ciuitatibusque qui pseudo
 Friderico fauerant mulctatis: primo quoque tempore in Sueuos tum
 multuantes / ob defectionem familiae ducum Sueviae copiosius ductis
 Eberardum wyrtenbergium reliquosque dynastas ac regulos sue-
 uorum perdomuit; gessit tamen multa bella / ob tumultum qui fere to-

Heluetii.
 Pseudo Fri-
 dericus

ta germania frequētissimus fuit/ Credo equidē illis tēporibus
 tenerimā factionū labem nō solum Italiā/ verē etiā Germaniā
 inualuisse/ q̄ res sine bono principe haud facile extirpari potest
 qualem Rodolphū fuisse certū est/ fuit em̄ pietate/ clementia
 religione/ humanitate/ modestia/ humilitate/ insignis/ In Itali
 am nō venit quāuis Bononiā amplissimā Italiæ ciuitatē totā
 q̄ flammineam ecclesiæ Romanæ dederit: sed tumultuantes
 Guelphos per Luchinū vicecomitē imperij vicarium/ missis
 ad eum germanis equitibus bellis attriuit: tum misso ad Italiā
 epistolā suarū magistro: pacem ciuitatibus pecunia accepta
 tradidit/ ut tamen imperio fideles essent. Statuit tamē bonus
 rex milites i Asiam mittere: obesse Ptolemaide opitulaturus
 Verē orta inter christianos principes qui in ea ciuitate erāt dis
 scordia quorū multi partim captatis abeundi causis parti clam
 destina p noctem fuga desertores effecti sunt. manserūt tamē
 ex primoribus. rex Cypri/ Patriarcha hierosolimæ & hospita
 lis tēplariorumq̄ magistri/ multitudinē prius emissā quā sta
 tim rex Cypri perfidia vsus: per fugam est consecutus. Fuitq̄
 exemplo/ ut omēs quibus nauigiorū facultas esset Ptolomai
 da emigrarent. Qui postea cū patriarcha primū prospera vsi
 nauigatione tandem sub ipsam Cyprū naufragio periere/ eadē
 die qua Soldanus Ptolomaidam male defensam vi cōz
 pit/ mortalibus in ea repertis ad vnum cæsis/ mœnibus inde
 & vrbis parietibus passim solo equatis/ tamen fundamentis
 ita confossis dissipatisq̄/ ut nullum vrbis nullum post hac edi
 ficij vestigiū appareret: Anno erat salutis. M. cc. xc. quādo
 reliquias amissimus victoriæ illius celeberrime: quā anno ante
 C. xciiij. Conradi Franci auspicijs et virtute christianorū expe
 ditio inchoauerat/ salue tamen mansere Cyprus insula/ & Ar
 menia minor prius Cylícia dicta/ quæ eiusdē expeditionis oc
 casione in cristianorū manus deuenere. Morit̄ deinde Rudol
 phus anno quarto Nicolai romani pōtificis eiusdem nomis
 quarti: Anno regni sui. xviiij. Anno vero xp̄i. M. cc. lxxxvi.
 mense Iulio in die diuisionis apostolorū sicut & sepulcro suo i
 nobilissimo tēplo Spirensi inscriptū est. Vixit his tēporibus
 Albertus magnus totius litteraturæ absolutissimū decus et q̄
 maiorē in philosophia & litteris sacris terrarū orbis nō genuit

et qui Thomā illum Aquinatē tantū quātus est effecit/ extar
 celebris oratio/ a Philippo Beroaldo p̄ceptore tuo Bononiæ
 habita/ quū rector germanicus intret scholasticā prefecturā/
 vbi germanos a studijs litterarū neq; abhorrentes neq; retori
 dos cōtendit/ qd̄ ut reliquos inquit p̄tream/ vel unus Alber
 tus abū de demōstrat om̄ifaria doctrīna refertissimus/ q̄tū me
 rito Polij h̄istor & multiscius ac Aristoteles alter: latē loquēs
 dici potest/ magnus vulgo noiatus a magnitudīe (opinor) dī
 sciplināz potius q̄ Alemanus. Hic etiā Albertus cognomen
 to magnus/ dū esset Ratisponē ep̄scopus huc argentīnā ve
 nit/ ac in ede. S. Petri Iunioris: in qua tu Canonicus existis: arā
 quandā in honore. S. Columbæ virgīs & martyris consecra
 uit manibus pprijs. Anno xp̄i. M. cc. lxxiij. Præterea fuere
 & alij diuersis tēpestatibus etiā germani Theologi prestantis
 simi Thomas & Vdalricus Argentineñ. Marsilius de Ingen
 heim: Hugo de Sletstat Bouauenturæ sectator et Ioānes theu
 tonicus decretorū it̄pres elegātis. Prepositus Halberstātē.
 obiit. an. M. ccxlv. ibid̄

¶ De Adolpho de Nassou Ro.

Re. Deq; Baronibus de Rapolsteyn Ca. XLII.

Rapolsteyn.

Assumptus deinde est in spem ip̄erijq; titulum/ Adolphus
 comes de Anaxone: vulgo Nassau: qui statim exercitu cōpa
 rato/ in Columbarienses mouet/ qui Gilberto Austria duci
 filio Rodulphi fauebāt/ quē aduersum resistantēq; adolphus
 habuit/ ob tyrannidē in quā p̄clius habebat/ capto igit̄ p̄ de
 ditionē op̄ido/ una cū generoso Anselmo de Rapolsteyn op̄i
 di p̄tore ac filio/ ablatoq; dominatu eorū: arces & castella Hen
 rico fratri Anselmi tradidit. Nitebat tū Adolphus Albertū e
 dominij ducatuq; deturbare/ cui fortianō atq; acri restitit al
 bertus/ Alsātū auxilio fretus/ qui iam odiū in Adolphū cōces
 perat: ob auariciā tyrannidēq;. Nam q̄s ip̄erij vicarios in Al
 satia cōstituit/ puinciā citra transq; rhenū flammis cedibus le
 sere/ tū Argentinā eorūq; presulem. ob quas res p̄ncipes mo
 ti: Albertū Austria ducē regē delegere/ Adolpho abrogato/
 iustisq; suffragijs deposito. Cōparato igit̄ ingenti exercitu ex
 Austria Danubioq; traiecto/ Albertus Mogunciā germaniæ
 Metropolim puenit/ statimq; in Adolphū mouens: qui pari
 strēnuitate viribus collectis ad eū tendebat. Cōuenere tandē

in Vangionibus in morte Hasenbul: ppeagrū Spirensē: ubi
 prelio Cōmissō Adolphus occubuit/ cū ad mediū diei dubio
 Marte incertaq; victoriā pugnatum fuisset/ Anno dñi. M. cc.
 xxviij. sexto nonas Iulij. Anno regni sui. viij. Spiræ sepultus
 plures eo ī prelio capti/ inter q̄s & filius Adolphi: reliqui fuga
 sibi consulere. Verū cū Albertus electionē de se factā minus
 legitimā estimaret/ ppter Treuerensē presulem & Palatinū
 comitē (qui comitijs nō interfuerāt) iuri suo renūciauit/ tū ele
 ctiores cōmunibus suffragijs eū elegere/ coronatūq; aquisgra
 ni tanq; legitimū regē venerati sunt/ duxit deinde exercitū
 in Bohemos: quorū regnū filio suo rudolpho tradidit: deiecto
 duce Corinthiæ Henrico/ quē sibi Bohemī iniussu īperatoris
 regē delegerāt. Mortuo deinde Rudolpho anno regni primo
 Fridericū filiu Albertus Bohemīs regē declarās/ magnis copi
 is Bohemiā ingressus: regionē longe lateq; afflixit. Henricum
 tū deijcere nō quīuit/ eo q; Gallis bellū illaturus esset: q̄ rex
 Philippus a pōtifice Bonifacio desciuerat/ regnūq; Franciæ al
 berto pōtifex assignauit. Quibus bellis cū exercitus cōparat/
 a Ioanne fratris filio iter Rysam arulāq; Eluetiorū flumina rhe
 no proximus Anno xpi. M. cc. viij. kal. Maij interficit/ eoq;
 loci p reginā Hūgarie monasteriū sanctimonialiū ordinis san
 ctie Clare constructū nomē retinet regij cāpi/ Alberti corpus
 iuxta patrē suū Rodolphū/ ī ornatissimo tēplo Spirensi sape
 litur.

¶ De Henrico Lucelburgio. Ca. XLIII

Anno igit. M. cc. viij. Henricus ex comitibus Lucenbur
 gensiū ad imperiū deligit/ quē Aquisgrani princeps corona
 & infulis decorauere/ qui statim pmissis in Italiā oratoribus/
 & ad vicina germaniæ p̄p̄qua alpibus loca scissitaturus: qui
 suas secuturi essent ptes: Cōparatisq; tribus in gēibus exerci
 tibus: vnū aduersus wirtenbergenses sacro īperio rebelles qui
 bus ex octoginta castellis & munitissimis opidīs q̄ obtinebāt
 lxxij. expugnata ademit. Alterū in Bohemiā ex francis orien
 talibus & Bauris coactū/ duce Petro Mogūtino Archiepō
 misit/ filio Ioanni id quesiturus/ cui Elisabet Venceslaj soror
 denupserat. Tertiu cui ipse presuit in Italiā mouer Gibellinis
 auxiliō futurus/ transgresso alpes Henrico Thaurini popula
 riter obuiā facti/ sese & urbē eius arbitrio p̄misere/ pariter pau

wirtenberg:

Petrus Mo
 gūtinus Ar
 chiepiscop⁹

lo post fecere Astenses/Philippus Papie comes Symon collu
bianus vercellarū/Antoniū visceragus laude: vrbū primar
rij ciues vel potius tyrannuli: Henrico occurrētes datos ab eo
vicarios quiscq; in suā vrbē recepere Mediolanensiu res tū in
potestate Turianorū & vicecomitū erat/qui de potentatu con
tendentes potius ciuitatē p̄mebant/quā aut ipsi gubernarēt/
aut a populo gubernari permitterent. Mapheus igit vicecom
mes ad Lupoldum Austrię ducē/diū sibi notū mittens Hen
rico spem fecit vrbis potiunde. quorū conatibus cū Guido tu
rianus resisteret. Henricus pacis auidior quā belli/ab utriusq;
factionū capitibus: vrbē accepit in suam potestātē/ imposito
vrbis presidio cui Leopoldus cū germanis cohortibus presiciē
Orta deinde ciuū rebellione cū passim germani fœde cede
rentur. Dux introductis copijsq; in suburbijis confederāt. Gi
bellinis auxilio fuit/electiq; Turiani Vercellas se cōtulerunt:
ad quē tumultū nōnulli Lombardię populi a p̄missa Henric
co fide recesserunt. Primiq; Cremonenses/in q̄s statim Henric
cus coactū exercitū duxit:cuius vrbis Guelphi resistere diffi
si: Brixia cū vxoribus pueris & asportata leuiore supellectile e
migrarunt. Cremona a Gibellinis dedita/ mœnia portarq; &
Guelphorū domos germani euerterunt. Duxit paulopost in
Brixia Henricus editaq; est in agro oīm q̄ excindi vri eueritq;
potuerūt vastitas fugientibus in mōtana Guelphis: urbs dedi
ta muroꝝ portarūq; munitiōes amisit placētini (pulso Alber
to Scotto guelphorū duce) i perialem vicariū admiserunt. Intere
a Veneti classem Henrico spōdent/ q̄ ad regiones urbi romæ
vicinas transportarēt. Veronenses Vicētuli parauini/necnō
Taruisini vicarios ab Henrico ad se missos acceperūt. Roberts
tus iterea Neapolitanorū rex: Marecallū suū in Etruriā misit
vbi Ferrarienses Bononienses florētinosq; in p̄tibus conserua
ret. at Henricus genuensiu classe Sauonensiuq; pisas petijt eg
tatu: terra p̄ Lucenses p̄missa tū romā a p̄ōfice missis qui tū
in gallijs habitabat ob tumultū dein partium cū ventri studio
sus esset Tybur migravit agentē tybure Henricū/nūc h̄ frider
rici Aragonū regis adierūt/cū quibus p̄missa apd' Genuā fœ
dera cōstituit/affinitatē q̄q; regi Siculo honestissimā obtulit.
Paulopost Tybure p̄fectus i perator: p̄ Sabinos vmbrosq; pe

rusiam & inde Arretium amicissimam tunc sibi delatus / vallis arui
 superioris oppida & castella nemine resistere auso cepit. ductum
 est inde florentiam quibus Lucenses Miniatensesque & Senenses co-
 pias miserant / a Bononiensibus autem et Ferrariensibus regis Ro-
 berti venerat equitatus. Obsidione igitur incursionibusque vexa-
 tis florentinus / imperator hyeme instante ad Cassianum oppidum via
 Senensi / octavo a florentia miliario confedit: & prefecti ex Gi-
 bellinis duo: unus apud Scarpariam: alter alio loco cum germano-
 rum copiis relicti / capta de florentinis seruare: & simul urbem in-
 cursionibus infestare curarunt: eoque florentinos fame oppressos
 redigerunt: ut ditionem facere cogitarerent. Contulit deinde pisas / ut
 Robertum maiestatis reum citaret / quem terno edicto citatum nec com-
 parentem / regno priuatum denunciaret. Interim tamen Lucenses Minia-
 tensesque tantis affecit cladibus: ut Lucenses amissis agrum oppidis
 apparuerit eo anno simul cum florentinis in ditionem fuisse ven-
 tuos. Acta igitur pisas maiori estatis parte / imperator per Senensem
 agrum ubique vastatum. contulit se Arretium: qua in urbe cum maxi-
 mis honoribus susceptus / Robertum regem priuatum regno pronun-
 ciauit / quam tamen sententiam Clemens in suis constitutionibus impro-
 bauit: plus imperatoris odio quam iuris prudentia / incidit tamen in-
 egritudine imperator / ex qua ut conualesceret (consulentibus me-
 dicis) ad Marcerti balnea se contulit a quibus multo imbecillior
 reuersus Boncomuentum / quod oppidum. xij. a senis miliario distans
 obsidere pergit: ubi veneno itoxicatus moritur nouo inaudito
 ac vix credibili ausu quod nisi a florentinis factum esset nemo crede-
 ret misso equidem veneno in eucharistia / dum sacra christi communi-
 onem prouisus optimus princeps anime pabulum: vitae vero exitum sumpsit /
 subornato ad tam crudele veneficium pollicitationibus et promissis pre-
 dicatorum ordinis fratre quodam (ut Ptolemeus Lucensis scribit)
 at ne tanti principis mors inulta maneret: quingenti equites ger-
 mani henrico militare soliti: Hugucionem fagiolanum ducem secu-
 ti: lucenses agris multatos / pacem iniquis conditionibus a fagiola-
 no coegerunt. ager namque lucensis pisano est additus & gibellini exu-
 les albici in urbem sunt reducti. ¶ De Ludouico. III. Bavarie
 & Friderico Austriae in controuersia electis. Ca. XLIII.
 Inter principes electores conuenientes duos in controuersia delege-
 runt. ludouicum Bavarie nepotem ex filia rodulphi de habspurg et

Fridericū Austriæ ducēs. Qui Imperatores primo apud Franck
fortem cōgressi/Mœno fluuio diuisi ad pugnā nō uenere. cō
parato interim in gēti exercitu/Leopoldus austriæ dux fratri
auxiliaturus Ludouico ad Spirā occurrit/ fugit Ludouicus/
tandē cōiunctis copijs/Leopoldus cū fratre Friderico in Sue
uia fugientē Ludouicū sunt secuti/dubioq; Marte certatū est
apud Esselingā/multis utrimq; desideratis captisq;/ut neutri
uictoria cessisse uideat. Secūdo maximis copijs cōparatis; ad
Bruscā alfatia fluuiū cōuenere (qui fluuius Allam p nobilem
Argentīnā ducit) ibiq; longius statuis collatis/preliū vtrinq;
pepigere. Videns tum Fridericus Bauarq; peditatu habūdare
statuit; & ipse equitibus equisq; dimissis pedet pugnare. quō
uiso stratagemate Ludouicus Bauarus in fugā uersus ī Bua
riā se recepit/tandē Ludouicus Fridericū (fratre Leopoldo ab
sente) aggressus uincit/capitq; nihilo tñ minus Leopoldus ba
uarū bello persequit. q̄ tandē Argentīnæ defuncto Ludouic
cus regno potit/victoriaq; elatus p Imperatore illico se gessit/
ardentibusq; bellis disciditq; Italiae ciuitatibus uicarios impera
torio eis noie iposuit. Primūq; uicēcomites Matheū (aliq; Ma
pheū scribūt) Galeatiūq; tū Marcū Luchinū Ioannē et Steffa
nū eius filios ita fouit/ut Mediolano potiti sint; idq; eo fecit q̄
facilis Romam pfecturus coronā aureā acciperet. Sub idem
fere tēpus Robertus rex Genua Sauona q̄ ptis Guelphe opa
potitus ad Ioannē. xxij. pontificē in gallias se cōtulit/ suadēte
tū pōtifice/Carolū regis franciæ Philippi filiū in Italiā cū copi
is misit. Guelpis Lombardię uercellis apud Guidonē de tur
re cōgregatis auxilio affuturq;. Ingressus uercellas Carolus do
miniū urbis (quod tñ paruo tpe retinuit) accepit. Coacti em̄ sta
nim Gibellini auxiliarijs Ludouici copijs/q̄ cū Galeatio mi
litabāt/ uercellas arcta obsidiōe cingūt/ ut Guelpi statim cō
meatus inopia post fame cōpulsī/ urbe simul cū gallis emigra
uerūt; quā Galeatius dominio suo subegit. Vicitis deinde in
genti pugna florentinis p Accium filiū Castrutij Lucensis au
spicij militante; qui tū in Etruria imperatoris ptes fouebat/ &
q̄ Italia turbatior esset; Ioannes pōtifex Ioannē uisū cardina
lem in Italiā legauit/ cui factionis Guelphe gratiā multos fa
uores sperauit allaturā. Postq; igit legatus in Italiā uenerat/

Spira.

Esselingam.

Bruscā
Argentina.

Ioānes. xxij

statim Guelphos extollere & fouere / ac Ghibellinos opprimere
 re annis est. Vñ ghibelline factionis principes / Ludouicum
 p̄cibus pollicitationibusq; victū in Italiā descendere coegerūt.
 Qui superatis alpibus / aliq̄dū Tridenti substitit / dein Brixia
 tū Mediolanū peruenit. Vbi ciuibus libertate donata perm̄
 sit / vt. xxiiij. ex omni populo creatis reipub. administratio re
 linqueret. qbus ipse presidē addidit: ea solūmodo īperatoria:
 auctoritate gesturū / ad q̄ externi magistratus (q̄s potestates dī
 cunt) consueuerūt in liberis ciuitatibus deputari. Placatis tum
 principū animis / ab eo paululum alienatis ob Galeatiū ac fili
 os q̄s ob tyrannidē in carcerē cōiecit / in Etruriā iter ingressus
 a Castrucio Luce honoribus summis exceptus / īperatoribus
 exhiberi solitis: statim in Pisanos mouens urbis dominio port
 tus est. Cōmoratus p̄sis duos ferme menses Ludouicus tū ro
 mam iturus p̄ maritimā tetendit orā / cunq; viterbiū puenisset
 cū germanis Castrucijq; militibus / Carokus statim florētia res
 licta & ipse cū copijs p̄fectus ad genitoris regniq; presidia fe
 stinauit. At Ludouicus a Po. ro. ingenti honore exultantiq; fa
 uore susceptus / coronatiōis pompā tam diu distulit: q̄ad p̄ce
 res & urbiū Italicarū primores / qui cōtinuo confluebāt: omes
 aduenissent q̄adue pompa pridē ad oīa tēpla vrbiq; basilicas
 destinata: & ad eius accessum inchoata die prefixa: quiesceret
 quo die kal. lunij nona / Stephanus senior columna iussu cle
 ri & populi corona illū insigniuit / Aggressus tū rem haud ran
 to principe cōgruam / insignatibus romanis (qui egre pōtificis
 absentia ferebāt) Petrū Corbariensem ordinis minorū fratrem
 erexit in antipapā: ob quā rē a Ioanne pōtifice qui eū excōmu
 nicauerat depositus / redijt in germaniā copijs germanicis q̄
 ab eo defecerāt / sub Marco vicecomite relictis: post Ludoui
 ci reditū in germaniā philippo francie rege hortante / Ioannes
 Bohemiarū rex Henrici lutzburgensis filius (quē apd Boncō
 uentū ostendimus obijisse) ad pontificē misit sequestrū se ex
 hibens / ut Bauarus ecclesie recōciliatus iuri / qd̄ īperij electio
 ne p̄tenderet renūciaret. alterq; Henricus & ipse dux Bavararū
 īperator ordine crearet. Ludouicum em̄ Bohemus suo suffra
 gio elegerat: ideoq; p̄pensior in hanc Bavarorū familiam fuit.
 Interim florentini potundi Luca auiditate flagrātes: eam oba

Petrus ordi
 nis minorū
 Antipapa.

federe qua breuifuerant petitori: nisi noua Italiae germanica
 turba incubuiffet. Ioannes em̄ Bohemus rex a Brixianis accer-
 situs Gibellinis/in Italiam veniens: eamq; urbē vī cepit: Ber-
 goniūq; tū Spinule genuensi viro nobili ac ditiffimo qui Lu-
 cam a germanis emerat diuomiffa equitū peditū paulominus
 imiffit. solutaq; Luca obsidione/ Florentinus ager populatio-
 nibus & incendijs est foedatus. Parma rhegiū Mutina regis
 Bohemicae dominū eligentes/ sese illi missis oratoribus dedis-
 derunt/ mutataq; est exinde rerū in Italia condicio/ ut quibus
 pōtifex. Romanus rexq; Bohemus aduersarentur. Robertus
 rex florentinū nullo Guelphi Gibelliniq; noīs discrimine fo-
 uerent. Qua de re fedus iniere vicecomites Mastinus scaliger
 veronensis/ Philippus Gonzaga Mantuanus: Carraria patar-
 uinus/ Estensis Ferrarēnsisq; cū Roberto Neapolitano flore-
 ntino. Quo federe Ioannes permotus Carolo filio cum copijs.
 Parme regij & Mutine urbium custodie relicto: in germani-
 am se contulit maiores copias/ & tantis necessarijs conatibus
 cōtracturus. Interea Manfredus pius Carpi dominus inita cū
 Carolo societate Estensem aggressi ad foelicianū fundunt fur-
 gantq; /in ea fusi exercitus pugna/ octingentos ex ferrariensi-
 bus occisos constat: captorū numerus ingens in qbus prestan-
 tiores. Nicolaus Rainaldi Marchionis frater: Theobaldus de
 Castabilis: & Iacobus de Agerijs & plarūq; ciues ferrariae no-
 bilitatis primores. Interim Ioannes cū equitatu quē in germa-
 nia cōparauerat reuersus/ eorū Parme relicto: Bononiam ad-
 legatū se cōtulit eiq; assistentes Brixia Bergoniūq; ab eo descen-
 dere: tum Accius vicecomes Papiam ingressus/ arcē oppug-
 nat/ prefectū regis deiecturus/ tū rex in agiū Mediolanū con-
 uersus: magnā edidit vastitatē: vixq; parmā redire potuerat
 cū Luce ciuitatis audit rebellionē: qbus populorū leuitatibus
 perpensis in germaniā redijt: Italicas factiones pertesus. Intē-
 rim pōtifex Benedictus prudens (ut sibi apparuit) cōsilio sed-
 pessimo i posteros exēplo/ tyrānos & Lombardia primores
 pncipes legitimos cōfirmavit: Luchino em̄ vicecomiti & Ioā-
 ni eius germano fratri quē Mediolanensem archiep̄m instituit
 it vicariatū Mediolani auctoritate aplica attribuit: parimodo
 Mastinus scaliger verone & Vincetiē: Philippinus Gonzaga

Benedictus
 undecimus

Mantuæ: & regij Albertinus Carrarien̄ patauij Estenses/ Fer
 rariæ mutinæ & argētæ vicariatus ap̄lica auctoritate receper̄t
 Ludouicus ut par pari (ut aiunt) referret inditiōe ecclesiastica
 multos vicarios auctoritate i periali cōfirmauit. Ioannē de vi
 co urbis p̄fectū viterbij: Galeothū Malatestā & fratres Arimi
 ni: pisauri: fanicq: feretranū vrbini: Diolphū & Galeatiū fr̄es
 Callij: alegretū: Clauellū fabrianj: Bulgarutiū matelice: Ismes
 duniū. S. Seuerinū/ genitlē varraneū Camerini Michaelē mōs
 tis Milonis: Pāgonū cingoli Nicolaū boscaretū Esij: Guido
 nē Poletensem Rauēnæ: Frācisū & Sinebaldū ordelaphos
 Forliuij & Cesene: Ioannē Manfredū fauētie. fuit Ludouicus
 suapte natura: quieti ani: vīr comis blandus ac pbenignus: q
 bus rebus germanos obsequētiores habuit q̄; alij armis habu
 ere: ideoq; cū pōtifex Clemēs. vi. Carolū Ioānis filiū caesarē in
 Ludouici dedecus de p̄ssionēq; declarasset. ludouico tñ viuo
 ad i peritū puenire nō potuit: trib? etiā post mortē ludouici suf
 fecit Eduardo anglor̄ rege Marchiōe Misne & Gūthero co
 mite de nigro mōte. ¶ De Carolo. llll. Ca. XLV.
 Peruenit tandē Carolus ad i peritū neutiq; patri auoq; simi
 lis: plus em̄ regno Bohemiæ/ q̄ imperio p eum consultū est/
 Venceslaum filiū ignauissimū obligatis i perij publicis vecti
 galibus Caesarē fecit. xv. agentē annū: sub hoc secorde stulto
 rege: vesana hussitay heresis/ annoꝝ nostror̄ etate ortū ha
 buit: q̄ multis malis germanos circū Boemiā habitātes afflix
 it: q̄ utinā ex i feriori germania nō tandē ad superiorē serpat et
 penetret: libet i superior̄ principū gloriā decusq; magnificū:
 (eius etatis viri disertissimi oimq; bonay artū i stauratoris) frā
 cisci Petrar. eplē cuiusdā yba recitare: in q̄ Nerio Forliuien̄ sic
 scribit. Ois prās i paties cōsortis erit: cuius rei si q̄ antiq; nō suf
 ficerēt: vereor: ne recēs nobis exēplū casus attulerit: ut iā pōtis
 fex romanus principē Romanū romæ esse vetuerit: qd̄ fama
 loquit/ quē nunc diademate cōtentū ac i perij titulo rome nō
 solū patit: sed iubet: et quē dici i peratorē sinit. imperare nullo
 mō licurus ē. Ad ip̄m v̄o carolū petrarcha sic dicit. Nescio qd
 romano pōtifici pollicitus iure iurādo i terposito: q̄ si muro va
 lido seu mōte inuio Ro. urbis aditu phiberis. quenā ista sup
 btiā ē: pricipē Ro. publice libertatis auctorē: libertate priuare/

Glemēs. vi.

Heresis huf
sitarumFrā. Petrar
cha.

Innocentius
sextus.

Alfata

vt cuius esse debent oia ipse nō sit suus. Innocentius em̄ pōtē
fex Carolū anno sui pōtificatus. iiii. p̄ duos cardinales ad eam
rem missos/ea cōditiōe coronari pm̄isit; ut neq; romæ neq;
in Italia diutius moraret̄. Sub hoc Carolo multa mala p̄pessa
est Alfata ab Anglis; qui deuictis franciæ populis ingēti plio
in quo Ioannes Bohemus Caroli pater occisus fuerat Italiam
petiere. Anno salutis. M. ccc. lxx.

De Venceslao ignauissimo & se
cordissimo rege. Ca. XLVI.

Mortuo demū Carolo Bohemo Venceslaus eius filius/ignauiter imperiū potius occupauit quā rexit. Pallus ē em̄ huius
sitæ heresim inualescere. Quā quidē perniciosissimā factio
nē sanctæ romanæ ecclesiæ papalisq; excellentiæ & ceremoniarū
ecclesiasticarū contemtricē. inde ortū sumpsisse. q̄ doctores & insignes
litteratura viri: in Pragensem ecclesiā cathedralem nullo pacto assu
mebant. Eius rei Eneas Syluius in Bohemorum historia capite. xxxv. testis ē. Ne simile virus in
germanica natiōe erūpat. caueat Spirensis ecclesia caueat & augustē
sis caueant & relique q̄ eliminatis & explosis viris doctis inge
nio & eruditioē florentibus: vel eos solos recipiūt/aut recipere
re laborāt: qui generis nobilitate tantū superbiūt. qui venaticos &
aucupatorios canes: cincinnosq; suos xpianæ reip. pre
ferūt p̄ libris (quū iniciati sint) clipeos & galleas ostentantes:
Vt aut Venceslaum transeamus is a regno romano omnium
suffragijs abrogatur discant in hoc Venceslao reges & principes
nostri regna & principatus foelicitè regi/conseruari/amplificariq;
nō posse/ignauia/torpore/octo/luxu/delicijs calamistratura: choreis:
libidinibus: aucupio: venatu. hastiliumq; cōgressu: sed labore
vigilantia: strēnuitate: sapientia: virtute: iusticia. prudentia:
frugalitate: religioē: reipublice amore. Dicant ad gubernandos
populos nequaquā esse opus calamistratis: veris & fictis fatuis:
panthomimis susurrionibus: effeminatis: adulatoribus ecclesiasticæ
libertatis et oim bonarū litterarū inimicis: sed grauib; viris:
grādeuis: prudentibus: veracib; magnanimis: constantibus:
integris: doctis: sapientibus & sapientia amatoribus. Iusto dolore
cōmoti: libuit hæc paucula contexere. nunc ad institutum nostrū
reuertamur.

De Roberto Bauaro Re. Ro. Ca. XLVII

Deposito Venceslao Robertus gente Bauara comesq; rhe-
ni Palatinus philippi hodierni proauus imperio sufficit vir ius-
ticia gloria clarissimus. Hic a florentino populo in Italiã vo-
catus est: vt Ioannis Galeatij (quẽ Venceslaus pecunia accep-
ta ducẽ Mediolani dixerat) potentiã cõprimeret. Comparato
igit fortissimo militũ exercitu; in Italiã descendit / & agrũ Bri-
xianũ ad Benaci lacus orã ingressus / copijs Galeatij cogredit
vbi fugam Italici perfide clientibus fractus Tridentũ se recepit:
vnde vocãtibus venetis paduã est delatus: ad quẽ florenti ora-
tores sumptuosissimo apparatu / sed copias minus egregie in-
structas ut bellũ resumeret; trãsmiserũt. videns optimus pri-
ceps / florentinos copiarũ paucitati pecuniarũ quoq; paululũ
addidisse / in germaniã redijt sinens Italos suis se militibus cõ-
ficere. Morit Robertus, M. cccc. x. & in choro ecclesiã sancti
Spiritus Heydelbergenẽ, sepelit. Cum hoc epigramate sacro-
phago inciso. Robertus bauariã dux co. rhe. palatinus: roma-
norũ rex iustus; pacis & religionis amator: dignus deo visus /
qui p iusticia pateret; huius sacre edis & collegij institutor.
Hic cũ castissima cõiuge Elyzabethã: norici montis Burggra-
uia quiescit. Vita functus anno xp̃i. M. cccc. x. kal. Iunij. xv.

De Sigismundo Magnificentissimo Impe-
ratore deq; testimonio in eius laudem Ioan-
nis Gerson. Ca. XLVIII

Successit huic optimo principi in imperiũ Sigismundus hu-
garorũ rex / ad quẽ regnũ adoptatus fuit a Ludouico hungarie
rege sine liberis defuncto: & Carolo eius ex fratre nepote: quẽ
pceres Hungariã ex Neapolitano regno cui imperabat (Ioãna
cũ viro expulsa) accersierãt a regina q̃ oditũ dissimulauerat ob-
truncato Anno salutis, Mccc. lxxxv. Is Sigismundus cũ doctri-
na tũ humanitate: tum multarũ linguarũ noticia princeps fuit
clarissimus: sepius cũ thurcis pugnavit; terra maricq; / duos &
triginta thurcorũ regulos securi percussit / tũ imperator designa-
tus egre ferẽs ecclesiã: christianarq; plebis labẽ (quã post mor-
tem Gregorij. xi. ambitione & supbia gallicorũ fastu contraxe-
rat) Urbano. vi. & Gebennensi cardinali ad p̃ntificatũ suffec-
tis: cũ Itali & germani Urbanũ; Galli & hispani Clementẽ se-

Concilium
Constantiē.

querent. Aggressus est facinus augusto dignissimum magni
excelliq; animi/peragratis em Europæ punitijs singulis regi-
bus principibusq; domi cōuentis effecti/ut cōciliū ex omnīū
pontificū sequelis ad Constantiā germaniæ urbē haberet. In-
ter multa autē q̄ triennio toto summa grauitate a patribus con-
sultuta sunt: illud acuratissime ac spiritus sancto in dubie aucto-
re decretū fuit: ut qui eo in cōuentu pōtifex crearet quinto: &
successores deinceps singuli, vii. quoq; anno: p̄ seruāda chri-
stianorū vnione generalia celebraret cōcilia: in qbus liberet for-
ret quecunq; in rē christianā viderent corrigere: addere: imu-
tare/prefertim in capitibus q̄ dum nurant membra labāt. Cre-
atus est tū omnīū nationū suffragijs Otho Columna patrici-
us romanus pontifex Martini. v. (ut sit) noīe desumpto: spre-
tis Petro Luna viro doctissimo/Angelo Veneto: Corario &
Baldefare Gossa patria neapolitano/quorū primus Benedictū
xiiij. Secundus gregoriū. xij. vltimus vero Ioānis. xxiiij. nomē
in pōtificatu desumpserat. Venit tandē Sigismundus in Itā-
lam p̄ Beluictonā ingressus: inde a Philippi ducis copijs pom-
pa cæsare digna Mediolanū deductus/accepta mediolani fer-
rea corona: Romā p̄ficiscit/vana spe Philippi multa p̄mittē-
tis (ut p̄fidis quibuscūq; Italīs mos frequēs est) sepe delusus/ au-
ream coronā ab Eugenio recepturus substitit Senis: p̄ menses
aliquot in gratiā pōtificis rediturus: quē eo qd̄ morigerus phi-
lippo Mediolano fuisset leserat: post varios itaq; hoīm vtrius-
q; missorū conatus. Tandē Caspare Slichio Sigismūdi epistola-
larū magistro oratore missō (qui prima legatiōe re infecta redi-
erat) impetratū exitit ut Sigismūdus romā veniret i periali dī
ademate/coronaq; sublimādus. Ingressus est igit̄ urbē ad diē
kalendāz iuniarū. xi. populo romano cū ingenti illū pompa
deducētē ad scālas vsq; basilice diui Petri pōtifex cū cetū car-
dinaliū obuius comiter eū excepit: ac pridie earundē kalenda-
rū sollemnissimis ceremonijs coronatū: Imperatorē augustūq;
salutauit. Abiens tū roma basilēā petijt: discidiōq; patrū qui
tū ibi conciliū a Martino. v. indictū & decretū & ab Eugenio
cōfirmatū approbatūq; (Platina teste) celebrabāt; ab Eugenio
dissidentīū sedato: rebus Hūgaricis rite dispositis Bohemiā in-
gressus: pragā puenit Anno. M. cccc. xxxvi. ab ortu saluatoris

Martin^o. v.

Caspar
Slick

Basilea
Eugenius
quartus

ris nostri ubi extremis honoribus exceptus est: quē paulo ante Bohemorum hostem censebāt. Hic Sigismundus cū mœrore dicebat sese erubescere ppter ignorantiam principū electorū qui latinas litteras neq; legere neq; intelligere possent. Habuit semper in p̄cio litteras & litteratos: q̄s supra illos qui genere tantū sunt nobiles: in sua curia honorabat & locabat. Interrogatus cur id faceret/nobilitatemq; & illustriatos genere contemptui haberet. Respondisse fertur/ iure ego illos colo & cæteris mortalibus prefero: quos natura parens & deus singulari donauit ingenio. Subiciens illos solos a natura & deo posse creari: In sua autē potestate situm/ ut nobiles titulo & prædijs faceret: quocunq; placeret momento. Is etiā Sigismundus quod preterire nolo in consilio Constantiensi reprehensus a Cardinale placentino q̄ contra grāmaticorū prescripta verba quedā pronunciaisset: nō minus scite q̄ festiuiter ait. Placentine si supra leges sumus/ quare supra grāmaticā esse nō possumus? Placentine placentine: quibus places/ placeas: mihi nō places Latinū autē Sigismundū fuisse & sapientē/ cristianissimus parisiensis gymnasij Cancellarius Ioannes Gerson testis est qui inater alia de Sigismundo sic loquit̄/ Serenissimus rex romanorum semp Augustus: priusq; recederet ab hoc cōcilio ad locū cōventionis cū rege Arragonū & Petro de Luna orationē ad deputatos habuit/ omī religiosa pietate/ & verā christiana religione plenissimā: quā his auribus nō sine piā cōpunctione letus audiui. Idemq; theologus lo. Gerson alio quodā in loco sic ait/ vellem dare h̄c spacium q̄ Sigismundum Romanorum regem cōparare liceret ipsi dauidi. Eum nanq; incredibilis labor actiue vitæ iugiter exercet/ in quo nihilominus spiritū deuotionis habere cōpertum est: per collocutiōes deuotas usq; ad cōpunctionem lachrymosam audientū/ his oculis vidi & sensi/ laus erit hæc: Sigismūdi sempiterna. Multi vero nostræ tempestatis principes litteras odiunt/ latinū sermonē (etiam si sciant) loqui erubescunt. Quoniam assentatores & calamis strati qui principibus noctes & dies (sicut sanguisugæ) cohærent auertunt innocentissimos eorū animos/ dicūtq; esse indecorū principū/ discere & loqui nobilissimā linguā. Timēt em̄ impudici canes/ & mancipia dyaboli/ si principum spiritus

Gerson

inuadat sanctus ardor sapientiae studij litterarum prudentiae virtutū historiarū / sese qui barbarie pleni sunt contemptū iri: doctosq; & graues viros sibi pponi / qui nihil didicere aliud quam aucupio: venatu: furore: blasphemia: crudelitate: luxu: otio: ludo: libidine: humani sanguinis ecclesiasticarum rerū siti: & omni vestium / verborum operū leuitate: calamistraturarum nostram nationē infamē despectamq; reddere / ac mirū in modū apud exteros contemptā & abiectā. Persuadent etiā principibus nostris hae sanguifuge posse respub. feliciter gubernari: absq; doctis & litteratis hoibus: nescientes qd̄ scribit Iulius Capitolinus historiographus elegantissimus. Marcū imperatorem semper i ore habuisse: illud diuini Platonis Florere ciuitates si aut philosophi imperarent: aut imperatores philosopharentur.

¶ De Alberto Austriā Boemiae & Hungariae rege: in Ro. regem electo. Ca. XLIX.

Morū tandem Sigismundus / morbo atateq; confectus: Albertūq; Austriae ducē generū suū & virtute prestantē / & nobilitate sublimen / regnorū relinquēs heredē: quē statim nobiles Hungariae Bohemorumq; regem salutauere. Postq; vero Sigismundo parentatū extitit. Albertus in alba regali cum cōiuge sua Elisabetha / summo consensu applausuq; populī coronatus est. Inter hae electores iperij apud Francofordiā cōuenientes / rem Romanā Alberto demandant: quā sine Hungarorū cōsensu ei acceptare nō licuit: id em̄ eis pmiserat cū se regē suscepere / postremo multis vtrinq; habitis cōsultationibus: proceres Hungarorū Fridericū ducis Austriae tunc adolescentis / hodie Imperantis p̄cibus victi: assensum prestiterunt / imperiū summa germanorū cōgratulatione: ab Alberto est susceptū. Petrus coninterea factionis haeretice caput: Polonorū regis fratrem. xij. annos natū regē appellat: qui acceptis a fratre auxiliariis copijs. Alberto Bohemiam ingreditenti alijq; diu restitit: nunq; ausus tñ pugne facere copiā: relicto tandē Vlrico Cillie comite / qui regnū gubernaret: Albertus in Slesiam peruenit. Vratislauiensibus vero (ea est ciuitas nobilis ac potens & Slesitae caput) Albertū Marchionē Brandenburgersem petentibus belli ducē dedit / qui Poloniā sepe infesto exercitu petens. longe lateq; predas egit. Per idem tēpus dispotus Seruie cū sa:

sacerdotibus & nobilibus in Hungariā p̄fugerat thurcorū ip̄e
 r̄ū veritus: vno t̄n filio relicto/ qui Syndoraniā castellū in ripa
 Danubiū sitū & a thurcis obsessum tueret. Albertus ab Hun-
 garis inuitatus/ obsessis op̄e laturus Budam petijt/ aduersus
 thurcos exercitū ducit: qui iā castello capto aufugere/ q̄ resc̄o
 to Albertus dimisso exercitu Budā redijt/ ubi ob calorē estas-
 tis vehementiorē morbū cōtraxit/ tandēq; in austria iturus in
 rure qd̄ longū dicit/ cōdido testamēto. vi. kal̄ nouembris des-
 cessit. Princeps clemētia: liberalitate: ac fortitudie clarus: & qui
 ceteris rebus longe religionis studiū anteposuit. Regina Ely-
 sabetha Sigismundi filia. viij. kal̄ Martij iam filium ex Alber-
 to pepererat Ladislaum noīe: cui postea vtrinq; regnū paruit

De Ladislao Alberti filio/ & de integritate

Alberti Bavarix ducis. Ca. L

Alberto t̄n mortuo Bohemi de rege disceptātes (licet regina fi-
 liū regē natū in cunabulis ostenderet) in varias ptes scindunt
 nōnullis p̄suadentibus ut Sigismūdi & Alberti regnū memis-
 nerint: nepotē filiūq; Ladislāū ne respuāt/ cōtra ius gentiū pa-
 ternā hereditatē puero ne adimāt: foedera cū australibus p̄cul-
 sa ne violent/ pupilli atq; orphani mīlreant. At in cōtrarium
 hī qui Albertū regē oderāt/ p̄ponūt regē a regēdo dictū qui
 regendus sit regē vocari nō posse. Vicit hęc sentētia. Albert⁹
 itaq; Bavarix dux maiore p̄cer̄ voto: rex declarat/ qui apud
 Venceslāū quōdā nutritus: Bohemix lingue nō ignar⁹ erat
 Mittunt primores regni ad Albertū/ iter q̄s Vlricus rosenis
 hō se tēpori accomodans: prius em̄ ptes Alberti regis fouebat
 Albertus v̄o Bavarix dux eavirtute atq; anī moderatiōe v̄sus
 est/ q̄ postq; reges esse cepere rarissima semp fuit. Nā veniens
 tibus ad se Bohemox legatis/ amplū & nobile regnū offerēti-
 bus: gr̄as agit qui se vnū ex oībus regē elegissent: multa se ic-
 circo bohemis debere. At cū regis Alberti filius extet/ indeco-
 rū esse cū alterius iactura regnū querere: paternā hereditatem
 nulli auferendā. qui pupillos suo iure spoliēt deo atq; hoībus
 iustos. Quā p̄clara sentētia iusto atq; optio p̄cipe digna: hic
 Albertus Bavarix dux/ bohemox rex esse potuisset: sed quia
 iure nō potuit/ assumere recusauit. Si idē n̄ri hodie principes
 efficerēt: ut nulli suū cōtra deū & p̄ter iusticiā auferret/ domi-

nandi libidine inicitati pax vigeret: iusticia cresceret/ caritas ser
uaret pauperes nō interierent: pacta & foedera manerēt illesa:
xp̄iana virtus in thurcis augeret/ p̄incipibus ad supos pateret
ascensus/ q̄ sua violentia & iniusta principatū & dñioꝝ am
plificatiōe seip̄os in stygiā paludē p̄cipitant atq; dimergūt.

¶ De Friderico Austria. III. Ro. imperatore. Ca. LI

Fridericū Austriae ducē electores caesarē decernūt/ qui & tu
torē Ladislao se presuit/ magnaq; cū integritate ei muneri p̄
fuit/ tandē insidijs disceptationibus multis bellis etiā Bohemi
cis Hungaricis & australibus fatigatus/ adolescentē prestantis
sime indolis regnis suis tradidit: quē nondū principatus inicit
antē bohemip̄ Georiū Poggiobracciu & Rogezanā Heresū
archam (qđ Fridericus vir integerrimus semp̄ veritus fuit) ve
neno i terfecere: qui solus patrię spes/ & fidelium defensor futu
tus sperabat. Fridericus ad imperiū legitimis suffragijs suffec
tus/ cōpositis statim Austriae rebus. Primo quoq; tēpore legē
pmulgat/ qua cunctos sub īperio degentes/ ad pacem minis
penisq; cōpellit/ tum animū sedulo applicat ad scissionem tol
lendā q̄ inter Eugenium pōtificem/ & conciliū Basiliensē sub
orta fuerat/ in quo cōuentu Amedeus Sabaudie dux (rephas
to Eugenio) in pōtificem per patres declaratus fuerat/ qui ad
eam rē suasu Philippi ducis Mediolani hostis Eugenij indu
cti Amadeum ipsum/ foelicē vocatū pontificem creauere Eue
genio tamē viuo res subdole orta sopiri nō potuit quāuis cre
bris legationibus/ prudentissimoz deniq; principū consultas
tionibus sapius laboratū sit: dissolutio tamē concilij facta fu
it: tū peste tū bello qđ Eugenius Suintensibus & Basiliensibus
(ut Platina scribit) induxit p̄ Ludouicū Caroli regis Francia
filium (quē Delphinū dicunt) qui victorē exercitū Anglis ex
regno deturbatis/ in Basilienses per sequanos ingressus tradu
xit in germaniā/ viciq; prelio haud incruento (subsidiaria ma
nu Suintū quā Basiliensibus ex om̄ibus Suintū pagis selectiss.
ma subsidio missa fuit) mille & quingentis peditibus occisis
germanos se vicisse (vt mos est populo) oēs iactitantes. quibus
triginta galloꝝ milia in paucos Suintenses duo forsitan milia
irruerint: tamē Suintenses quasi leones per omnē exercitū va
gantur/ cedunt/ sternūt, & nō in spem victorię: sed in moris

vltionē pugnār: nō tam victi quā vincendo fatigati. Prius tamē
 octo milibus armeniacorū occisis ceciderūt. Quatuor ar
 meniaci Heluetiū vnū insequēbant: quē cū telo confodissent
 strauere/ & in corpus exanimē grassabant. Tum alter Helues
 tius huius comes arrepta bipenne in quatuor illos effœmina
 tos gallos fertur. Ex quibus duos obrūtcauit/ alios vero in fugā
 dedit/ ac deinde semianimū corpus sup̄ humeros recepit: & i
 uitis hostibus portauit ad suos. Quā gloriosā victoria galloꝝ
 qui nō virtute sed multitudine superarūt sicut ipsi solent & de
 eis Vegetius scribit. Miror Lepontios siue Suintenses paraci
 ores esse ut sequant̄ signa regis galloꝝ quā romanas aquilas
 cū tanta imanitate tanq̄ lugubri & cruenta strage superiores
 galloꝝ reges absq; iusto bello sine causa/ innocentes eorū pa
 tres & auos patruos & auunculos affecerint & obrūtcarint. Mi
 ror etiā quosdā ex nostratibus: qui cupiunt gallos germaniæ
 dominari. quos ego admonitos velim vt quis finis inde seque
 retur/ diligenter cogitent: neq; post factū (qd̄ stultissimū esse
 Cicerō affirmat) dicāt: nō puraramus id/ qd̄ crebro fatua res ē
 negotio pacto consiliū querere: & acta agere. Qui principib⁹
 n̄ris psuadent gratiā inire fœderaq; pcutere cū externis regib⁹
 si nihil aliud agūt/ id saltē efficiunt: ut nūcij & oratores facti/
 alienas terras videāt: viarū solatio tediū leuent/ & donaria for
 sitan secū asportent. Optarē principes n̄ros pituita nō labora
 re: sed mutuā inter sese cōcordiā fouere/ & solo patriæ salutē/
 sibi decus: posteritati gloriā: ac in quoslibet hostes præcipue
 thurcū collectas inuictasq; vires cōpararēt. Nihil utilius nihil
 foelicius credidit Cor. tacitus romanis optari posse/ q̄ si eorū
 inimici inter sese dissiderent & altricarent. Maneat (inqt Cor.)
 quæso/ duretq; gentibus si nō amor nostri/ at certe odiū sui/
 qm̄ in vrgentibus iperij satis/ nihil iam prestare fortuna maius
 potest quā hostiū discordiā. Missa istec: Galloꝝ rex Ludouis
 cus tū Delphinis cū suis armeniacis & cæteris gentibus/ vnū
 uersos asatiæ vicis/ & nōnullas ciuitates dolo pditiōe: blan
 dimētis itrauit/ fidē egre seruauit: Asatiā omnē (ea tēpestare
 cerere & bacho locupletissimā) misere vastauit. ædes: domos
 casas: ciuiū: paupeꝝ: viduarū: orphanorū: puerperarū: atq; ipa
 dei nostri sacratissima tēpla/ igni succendit. Anno salutis n̄ræ

M. eccc. xliiij. atq; ubi satis seuitū est in nostros / cum oīa vitæ
 alimenta vorasset: & omnē libidinē in ruinas edificiorū exple
 uisset / mutilum fractumq; exercitū in gallias cepit traducere)
 vix tertia aduc parte salua / incolumi restanteq; neq; illam qui
 dem partē (quantulacūq; superat) integram & illesam potuit
 ad sua reducere: quāuis crederet. Alsatios vsq; adeo percussos
 & attonitos / ut nec quispiam eorū a secretissimis suis penetra
 libus / prodire foras auderet.

**¶ De triumpho & victoria ciuitatis Seletstadij in
 vltimā Delphinī cohortē. Ca. LII.**

Cum em̄ Delphinus cū copijs q̄ sup̄ erāt / diuisis tñ exerciti
 bus galliam redire instituisset / vltimā eius cohortē (q̄ predas
 passim ab alsaticis direptas tuto sperabat ad galliam inferre)
 Seletstadini ciues & magna p̄sertim eorū cohort / qui ex vicis
 & villis eo tanq; ad Asylum fugerāt / qbus vna salus fuit: nul
 lam sperare salutē: sese densis salubus & p̄ruptis nemoribus
 abdiderūt / insperatoq; ex insidijs erūpentes duce & primipis
 lo Conrado (quē longū vocabāt) secundis auspicijs obtinca
 rūt / ac spolia quecūq; foeliciter ademerūt / eaq; in vicum impe
 rij Romani Seletstadinū cū magno plausu gloriose inuexerūt.
 Belli quoq; signa plurima magnifice / p̄ nostros conciuēs a gal
 lis capta: in templo parrochiali / ut omnibus videnda pateant:
 erecta sunt: in tantū triumphī memoriā sempiternā. His rebus
 concilio dissoluto diffractōq; neutralitas (uti dixere) scismacy
 Nicolao. v. pōtifice rome a cardinaliū senatu electo: Friderici
 cæsaris industria religiōisq; ac pacis amore tū cessauere. floru
 ere sub Friderico. iij. germani ingenio prestantissimi tū in the
 ologia: tū in mathematica & astroz sciētia / humanitatēq; lit
 teris nō solum latinis: sed etiā grācis quales fuere (ut aliquos
 saltem & per paucos nominemus) Nycholaus de cusa treue
 rensis / Cardinalis. S. Perri ad vincula. & episcopus Brixienſis
 cuius doctrinā omnifariā: eloquentiā singularē ingeniū p̄spis
 catissimū: Ioannes Andrea alerensis episcopus elegantī qua
 dam epistola laudauit et extulit. Hic Nycholaus de Cusa mul
 ta in Theologicis disciplinis conscrip
 sit. Cardinalatum doctrina & virtutibus meruit. Obijt Tus
 derti. Anno salutis nostræ. M. cccc. die vndecimō Augusti.

Nicolaus de
 Cusa.

Eius cadaver romā aduectum & in ecclesia sancti Petri ad uincula humatū est. Floruit & ea tēpestate Jacobus Theutonicus Jacobus teu-
tonicus
ordis carthūsensiu vir diuinarū scripturarū eruditissimus: du-
biorū cautissimus interpres: uita & cōuersatione deuotus: hac
tempestate multa ac varia edidit opuscula: de anno Iubilei: de
caulis passionū: de moribus Christianorū: de triplici statu ho-
minū: & multa alia clarissima opera q̄ numerare esset longissi-
mū. Dionisius natione theutonicus & ipse Carthūsensiu ordi- Dionisius.
nis p̄fessus: uir & Theologia atq; alijs disciplinis eruditissim⁹
hac tēpestate claruit, qui cū esset ingenio subtilis: & eloquio
disertus: tot & tanta scripsit: ut numero opusculorū p̄ter diuū
patrē Augustinū apud latinos parē habuerit neminē.

Laurentius theutonicus patria Coloniensis theologus atq; Laurentius
phūs maximus: disputator acerrimus: gymnasium parienſe:
qd' in gallijs celebratissimū est legendo: docendo: disputādo
ac varios libros ac tractatus cōponendo egregie illustrauit.

Henricus natione theutoicus patria Coloniensis: preclarus Henricus
fuit theologus & declamator haud ignobilis: homo admirā-
de sanctitatis: de preceptis decalogi: de tribus partibus penitē-
tiæ: & multa alia opuscula edidit.

Ioannes abbas in monasterio nuicellensi in theologia & iur- Ioannes ab-
bas.
re canonico eruditissimus. Scripsit opus insigne & præclarū/
quod prenotauit canonum & bibliæ concordantia.

Benedictus germanus patria Saxo: ex Halli opidulo ortus: Benedictus
Saxo.
oriundusq; in philosophia & theologia atq; alijs liberalibus
disciplinis habitus fuit clarissimus. Gymnasiū Erphordense

qd' apud nos germanos principē locū obtinet multa dictauit Laus gym-
nasij Erfor.
opuscula, doctrinæ nō p̄rite nelectionis spernende: ut sunt
eius cōmentaria: in genesim: in Exodū: in Leuiticū: in deutro-
nomiū.

Georgius Burbachius wyennæ mathematicā do- Georgius
burbachius
cuit & in eo disciplinæ genere pulchra volumina reliquit.

Ioannes de mōte regio Georgij Burbachij discipulus uir & Ioannes de
mōte Regio
græca & latina lingua peritus: cuius ingeniu in mathematicis
& astronomicis disciplinis etiā doctissimi Italorū extollunt &
laudant/ ut Picus Mirandulanus comes in libris cōtra astrolo-
gos. Is multa scripsit in Gerhardū Italū natione Cremonens-
lem/ q̄ & graua sunt & erudita Scripsit p̄terea Ephemerides

Mortuus est Rhomæ accitus à Sixto quarto, Ponti, Max. ut emendaret pascalem Dionisij compotum.

Ioānes Vuesalia;

Ioannes de Vuesalia sacerdos / theologus & philosophus acutissimus Erphordense studium varijs libris a se editis & lectione publica mirifice decorauit. In eodem etiam studio et eodem tempore floruit Lutrea doctor insignis.

Rudolphus Agricola

Rudolphus de Grunigen natione Friso vulgo agricola cognosatus phus fuit & rhetor atq; poeta eminentissimus: græcæ latinæ atq; hebraicæ linguæ nō Imperitus; cuius ingenium & eruditionē & summā morū innocentā ipsi Itali laudauerunt extat Hermolai Barbari viri eloquentissimi in eundem epithasium Rudolpho nōo testimoniū prebens: qd̄ hic subnotatū est Inuida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum

Agricolam frisij spemq; decusq; soli
Scilicet hoc viuo meruit germania laudis

Quicquid habet latinum græca quicquid habet.

Illustrauit & legendo & docendo gymnasiū Heydelbergense: in quo obiit Anno. M. cccc. lxxxvi. die. xxviij. Octobris. Ex hebræo psalterium transfudit: ex greco aut quædam Platonis opera: Dyonisium Ariopagitam quo minus traduceret morte est impeditus: composuit & alia multa.

P. Schottus

Petrus Schottus / patria Argentineñ. cōterraneus noster in litteris politioribus Rudolpho agricola usus p̄ceptore: Bononiæ p̄ticipias & Cæsareas leges sitienter hausit. In Academia Parisiensi philosophiā & theologiā didicit: fuit in his omnibus eruditissimus: nec græcas litteras ignorauit. Scripsit multa q̄ passim circumferunt. Mortuus est Argentineñ in natali solo Anno ætatis suæ. xxxi. Sepultus in æde sancti Petri Iunioris in q̄ Canonicus fuit. Mihi q̄q; summa amicitia iunctus extitit / et meū Thomā Vuolphiū Iuniorē ex baptisate fote leuauit.

Conradus de zabernia

Conradus de zabernia opidulo ad quartū lapidem ab Argentineña distante ipsum Amphionē in musica superauit: Scripsit de Monocordio librum unum: de modo bene cantandi librum vnum & sermones varios quæ omnia & ingenij & doctrinæ suæ magnitudinē præ se ferunt. Fuit idem sacerdos & homo magnæ religionis & exempli recti.

Henricus Friso

Henricus Friso Carthusiēñ, scripsit cronicā sui ordinis; libz.

de nouitione instructione: de vita xpi libri unū. & multa alia.

Nycolaus patria Mogūtinus philosophus ac theologus fuit clarissimus ob eius ingeniu et doctrinā Friderico augusto fuit charissimus. Edidit commentaria in libros sententiarū: & alia quedam non absurda.

Iacobus Stralem sub hoc Friderico plūs & theologus. fuit Iacobus in studio Colonien maximus senex: theologiā gloriosissime docuit. cōposuit acutissimas questioēs ī Apocal. Ioānis apli. Stralem.

Gabriel Byel Spirensis: theologus fuit magni ingenij & doctrinā: legit in gymnasio Tubingensi cū summa gloria. Composita cōmentaria in libros sententiarū. & quedam annoramēta super Canonem missæ. Et hos paucos ex multis numerasse sufficiat. Vt aut ad Fridericum cæsarem redeamus. Fuit is imperator: pacificus: quietus: admirandæ patientiæ & mansuetudinis: clero & ecclesiasticis nequaquā inimicus. Gabriel biel

De prudentia rei militaris. Ca. LIII.

Vt ad rē de qua scripsimus reuertar sine cōtrouersia q̄ sentio dicā: administratores bellorū (qs veteres iperatores appellaue re) germanos iure optimos esse & fuisse dijudicados. Si em̄ exercituū copiā/metandorū castrorū peritiā: signorū collationē acierū instructionē/ordinū pertinacē obseruantia/oppidorū solertē oppugnationē cōsideres: ac cōmeatuū facilitatē frugalitatēq; & strategematū: Insidiarūq; faciendarū et vitandarū occasionē: neq; atheniēsiū. Miltiadē Cunonis filiū: neq; Themistoclem Neoclis neq; Aristidem Lysimachi/ neq; Cunonem Miltiadis alcibiadem Clune neq; thrasymbulum Cononē Iphicratem Chabrian Thimotheumq; germanicis imperatoribus cōparabis. cedāt Lacedemonij/Leonidas iclitus rex: Pausani as magnus homo: sed in omni genere vitæ varius Lysander qui Atheniensiu rempub. destruxit tyranidemq; Athenis induxit. Agesilaus optimus rex: cū a cæteris scriptoribus tum a musa artica xenophōte Socratico collaudatus. quid thebanū Epaminūdā quē & musicē didicisse egregieq; saltasse cōperimus qd̄ multis a persona principis alienū videt/ qui alienos mores ad suos referunt/ & quæ eis leuia videntur pari modo apud cæteros arbitratur esse/ sed greganicum est etiā in olympia vincere/ Epaminundam dico Pelopidamq; nū germanis

Martinus
Schuarcus

cōparabimus: Quid de Philippo Amynthe filio: Alexandro
q̄ Antigono: Demetrio: Seleuco: Lysimacho: Ptolomeo: in
numerisq; alijs qui ab Alexandro veluti ex equo troiano p̄die
rūt. Habeāt: Pœni: Hamilcares: Hannibales: Asdrubalesq; re
linquāt nobis Henricos Othones Carolos Conrados Frederi
cosq; de Assyrijs Persis Partisq; nō est quid dicā/cum princī
pū nostrorū serui libertiq; illis ventidos prestare queant. Pos
sem hic mille numerare germanos qui humili loco nati nullis
opibus sed sola militaris rei pericia & fortitudine subnixi: ap̄
exteras gentes imortalem gloriā sunt cōsecuti. Sic nra atate
Martinus Schuarcus nouus homo/sed instar Marij in armis
acer fuit & bellicosus: cuius pugnae et victorie in cōiuijs Bri
tānorū (quorū tñ hostis fuit) creberrime ad lyram cantant.

¶ De triumphis germanorū: quodq; eorū auxi
lio romani quoq; triumpharint & qd̄ ipsi quā
doq; romanis dominati sunt. Ca. LIII

Dicam igit̄ qd̄ sentio/germanos omniū gentiū victores: vi
tricemq; gentē needū a romanis qui oim gentiū prestantissi
mi victores triūphatoresq; fuere victos/& si partē aliquā ger
maniae vicerē: nō tñ sine germanis victoria potiti sunt: sed ger
manis militib⁹ totius mūdi populos deuicere. Merito igit̄ gēte
victoricē dixerī: cuius auxilijs alij certauere/ipse in toto libere.
Tandē florentissimā romanorū rēpub. aggressi: q̄ stipendijs
militiaq; meruerāt imperiū et totius orbis monarchiā sibi sub
didere. Vera nobilitas/vera libertas/& in militari disciplina fi
dēs/robur/fortitudo/cōstantia ap̄ germanos sunt. Histori
cos mirari soleo veteres p̄batissimos (nō hos novos qui assen
tatores potius appellandi sunt) q̄bus cū lex prima sit: ne quid
falsi dicere audeant. Deinde ne qd̄ veri taceāt/ne qua suspitio
gratiā sit inscribendo/ ne qua similitatis qd̄ cū de Germanis
scribūt. vitia narrare soleant (& ea quidē minia) virtutē vero
quasi cū fastidio celebrāt/vel nō debita laude p̄nunciant: vel
silentio p̄tereundo obticent. Quare optie Alexandrū dixisse
legimus: cū Achillis sepulchrū cōtemplaret. o Fortunate ado
lescens/qui virtutū tuarū presonē Homerū inuenisti. Si ger
manis ea copia scriptorū fuisset/q̄ fuit ip̄atorū/ nō Scipiōes
nō Catulli/nō Metelli frequentius in oratorū ore versarentur:

q̄ germanorū/ & duces & imperatores: atq̄ maxime urbium expugnatores: quorū tanta copia tanta multitudo fuit/ ut si quispiam domesticas solum res bellicas narrare inciperet: Liviū codicem scriptis suis exequaret.

¶ De Friderico Bavarie duce Philippi Moderni patruo & tutore. Ca. LV.

Sola Friderici Bavarorū ducis victoriosissimi facinora/ propria historiam flagitarēt: qui Philippi principis Comitis Rheni palatini tutor & patruus raptores & predones imprimis exterminavit: eorūq̄ arces solo equavit/ terrarū itinera viatoribus tutissima fecit: tres illustres & notatissimos hostes devicit/ pridie kal. quintiles: Anno xp̄i. M. cccc. lxxij. inter rhenū & Necarū militario vno ab Heydelberga/ ad hoc insigne certamen Dietherus Isenburgenſis Magūtinus archiep̄us suppetias friderico tulit. Morit̄ Fridericus piæ & catholicæ/ corpusq̄ eius humatū est in Sacello a seipso extructo ap̄d cordigeros Heydelbergen. Cuius sarcophago sequēs ep̄igramma p̄ circuitū inscriptū est. Fridericus Bavarie dux Comes rheni Palatinus sacri romani imperij elector: salus patriæ: predonū fulmē: tris illustres hostes vicit: Principatū auxit: & piæ viuis excessit: Anno Christi. M. cccc. lxxvi. Pridie Idus Decembris. Fuit eius vitæ socia virtus: gloria mortis comes.

¶ De alijs quibusdā ducibus Bavarorū. Ca. LVI.

Fuit eidē Friderico pater Ludouicus princeps pius: qui xp̄i amore Hierosolimā petijt/ theutonicorū ordinis ap̄d Prūssiam auxilio fuit/ latinās litteras (Cathonis exēplo) senex didicit/ q̄ audierat Sigismundum imperatorem dixisse: pudore sese affici ob principū electorū barbariē: qui latinarū inertes essent litterarū/ quas tñ necessario scire deberēt. Fuit hic Ludouicus Roberti filius/ quē inter romanorū reges posuimus: Cuius pater eiusdē noīs: duobus prelijs Saxones vicit: & Robertus. auus Heydelbergense gymnasiū ex ecclesiasticis puentibus: in germania primū & antiquissimū/ fundari & erectū iri a summo pōtifice ipetrauit. Habuit q̄q̄ Fridericus fratrem Ludouicū principē pacificū. Huic successit Philippus. Patruem habuit Fridericus/ Roberti regis nepotē Albertū/ Argentineñ. ep̄iscopū: qui nra ætate nō solū cū pace & mansuetudine terras suas

gubernat: sed etiam ecclesiæ preest non modica iura: quondã
alijs obnoxia restituit. Quod ego monitis Cancellarij suæ il
lustrissime clementiæ redegi in sequens carmen

Ex ducibus bauaris Albertus episcopus istam

Instaurans arcem nobile fecit opus

Mansuetusq; pater patriæ: multo ære redemit

Vallem, cui nomen perflua prusca dedit

Et quæ pro voto poterant intrare Trebotes

Oppida cum pagis libera restituit.

Hoc idem soluta oratione hortatu meo ita expressisti.

Albertus ex illustri Bauarorũ familia pcreatus: Argentinens
sis antistites hanc arcẽ carie ac vetustate inter rudera pene ob
rutã pristino decori munificentius restituit. Vallem eius fluz
minis qd' incolæ Pruscã vocãt graui ære redemit. Arces ac
oppida q̄ ciuibus Argentinensibus seruitutẽ seruiebãt veluti
alter Brutus libertatĩ reddidit. Anno a natali christiano secũ
do & quingentesimo supra Millesimum Alexandro, vi, pon
ti, Max, & Maximiliano augusto regnantibus.

Valcte posteri.

Operis violator infœlix esto.

Ad Ludouicũ patrẽ Friderici redeo: cuius ætate ex germa
nia supra quadraginta milia equitum: in Bohemicã sectã
expugnandã cõuenisse traduntur. Aberat autẽ Ludouicus
palatinus/ qui comiti Videmontensi cõtra L otharios opẽ tu
lit missis ab eõ in eius auxilium electissimis ex uniuerso palaz
tio militibus: qui miseranda leuiũ quorundã galloꝝ siue fu
ga: siue proditiõne circumuenti sunt, deferti sunt/ occisi sunt/
Anno salutis nostræ. M, cccc, xxxi, sexto nonas quĩtiles. Ad
id bellum Videmontanũ Ioannes wymphelingius patruus
noster adolescentẽ forma & nobilitate insignem de Hohenz
steyn nuncupatũ iussu amicoꝝ secũ duxit: horrendamq; pdi
tionẽ pro sua prudentiã sentiens: innocentissimũ ephœbum
a strage fœliciter eripuit. Incolumemq; in terras nostras reduz
xit. Fuit ille adolescens ex nobilioribus patriæ nostræ familijs
fatus licet & aliẽ quoq; sint altissimo stemmate fulgentes: qui
& principes auos possint referre. Sicut est mi Thoma. Alber
tus ex familia Rasfambusen in steyn theseus tuus/ quem tu

ubicq; concelebras utpote hominē & litteris & ingenio & ar-
 mis clarissimū. Magnā mihi voluptatē affert mirū hoc Tetra-
 sticon Baptistæ Mantuani ubi in amicitiam vestram ita suavi-
 ter olim Bononiæ cecinit.

Fallor: an hi duo sunt: duo sunt: pluresq; duobus

Hi duo: & hi plures: sunt tamen unus homo

Corporibus duo: corde unus: cum viribus addat

Vnio: tres. sic sunt: tres duo: & vnus homo.

Ausim hoc affirmare: me nihil in lingua latina repperisse qd̄
 his versiculis sit tersius. qui vel soli sufficiunt ad vestri nomi-
 nis immortalitatem. Sed nunc de bello Burgundico pauca
 dicamus.

De bello germanico cū Carolo
 Burgundionū duce. Ca. LVII

Possē hic bellum asserre germanicū cū Carolo Burgundio-
 onū duce magnanimo & potētī Maximilianī regis nostri so-
 cero/ qui romani iperij loca sitiens/ Nussiam expugnare/ Lo-
 tharioꝝ ducē vincere: & Alpinates alsaticosq; siue heluctios
 supprimere molibāt. At illi Nussia cōstantissime multis mē-
 sibus resistit. duce ac patrono gauisa Hermanno Hassiæ tum
 Lantgrauio/ hodie archiepo Agrippino/ tandēq; Friderici im-
 peratoris tertij aduentu/ absq; belloꝝ periculis & absq; huma-
 ni sanguinis effusione prudenter erepta. Carolus aut̄ pauloꝝ
 post a germanis tū lepontijs aut alpinatibus/ tū Heluetijs vel
 Alsaticis potissimū vero Argentinenſi republica ex consilio
 & ductū Petri Schotti prudentissimi senatoris. Is est ille Pet⁹
 Schottus qui postea filiū habuit eiusdē noīs/ cuius editiones
 & ingenij monumenta ubicq; expetunt. Renato Lotharioꝝ
 duci auxiliantibus: a Nansensi ciuitate pulsus/ victus & occi-
 sus. Ignorabat em̄ Carolus (licet antehac persæpe fugatus) nō
 tam facile germanos atq; leues gallos (quos p̄ nuntio suo vsq;
 ad parisiōꝝ urbem vexauerat) bello vel absterreri vel superari
 posse. Verū constantiam/ magnanimitatem/ rei militaris ex-
 ercitationem/ intrepidatq; germanoꝝ virtutes crebra sua fur-
 ga/ thesauri maximi direptione apud Granſiam/ terribiliq;
 suorum strage apud Murtham expertus est. & tandem apud
 Nansen miserime occisus. Anno Christi super. M. cccc. vij

Nussia

Hermānus
 Hasso.

Renarus Lo-
 tharioꝝ dux.

Granſia.
 Murta.

Ixx. septimo nonas Ianuarias. Cecinit de hac re tritū distichon:
Ludouicus Dringenbergius preceptor meus.
Oppida trina tibi dux Carole dura fuere
In rebus Granfen: grege Murthein: corpore Nanse

¶ De Constantia germanorū. Ca. LVIII

Nec solū Nussia Carolo constanter restitit/ sed alie & q̄ ger-
manorū ciuitates: hostibus sese obsidione p̄mentibus: antiofac
reluctate sunt: adeo ut exercitus/ more ipatens desperata ex-
pugnatione sepe castra soluere videret. Hanc Constantiā vidi
mus in walschuda a Lepōtijs: in wyssenburgo a Friderico Ba-
uarorū duce in Metensibus: a Lothariorū ducibus in Brunsvi-
ga/ ab eiusdē noīs principibus in Bopardia a Treuerorū pon-
tificis occupata & afflictia. Non em̄ solent germani/ cū obsidi-
one premunt facile hostem admittere: aut se in deditionē ob-
ferre. Quippe qui puerbū istud exterorū apprime detestantur
& abhorrent. Viuat qui vincit

¶ De bellis Maximiliani. Ca. LIX

MAXIMILIANVS augustus. ipso Alexandro magno ve-
re dici potest militarior: Quidū adhuc ephebus esset & inber-
bis: cū Gallis: Sicambrijs: Batauis: Morinis: Eburonibus: nūc
eques nūc pedes in prima acie cōgressus: de eiusdē etiā glorio-
sissime triūphauit. Sub hoc Cæsare foelicissime degimus quo-
uno nemo in suos benignior: in hostes atrocior. Cuius p̄claras
victorias: Hermolaus Barbarus: & Marullus Cōstantino-
polititanus. Hic vertu/ ille profa laudauit. Fortitudinē cæsaris
nostri ipsi quoq; Pannonij/ mortuo Mathia Coruino eorū re-
ge/ cū magna calamitate: (qđ nemo ignorat) experti sunt. Sed
quid vetera memoramus: qđ illud est: qđ superiore estate fe-
liciter confecit. Vicit Bohemos: & in ipsa acie primus hostiū
telis se obiecit: omnesq; occidione occidit. Preterea quosdam
germaniae principes diuitijs & copijs militaribus instructiss-
mos/ romano i perio rebelles/ pene funditus deleuit. Fuit pro-
fecto gloriosissimus triūphus: quē ex hac Bohemica strage re-
portauit. Huic p̄claro facinori & plusq; memorabili/ nō sine
gloria interfuit Caspar Vuolphius/ qui ut cæsari suppetias fer-
ret. A. S. P. Q. Argentinen. quingētis peditibus in Bauariam
missus: et illic strēnuū ducis officio fungēs: perinde ac alter Fu-

Wualkestadt
Vyfenburg
Metelsfurbi
Brūsuiga
Boppart.

CASPAR
Vuolphius

rius Camillus p̄ patriā libertate fortiter depugnans: ex Bohemis opima spolia reportauit: quattuor militaria vexilla/vi & armis ex hostib⁹ cepit. Ea in hanc urbē Argentinā magno totius populi applausu aduexit: nūc in tēplo maximo vrbis nostrae affixa visunt. Huius in re militari periciā: fortitudinē: fidem: agilitatē: constantiā: in bello Cimbrico: Gallico: Britanico: Burgundico: Pānonio: Bohemico sepius germana nobilitas experta est. Itaq; in ipsis castris/ab Alberto Saxonū duce: nō semel militari cingulo donatus. Anno aut̄ proxime transmissio: qui fuit a natali christiano quartus & quingentesimus sup̄ millesimū: A Maximiliano Cæsare inuictis. haud p̄cul a Ratispona/vna cū Philippo de Rechbergk eques auratus designatus est. & insignia gentilicia sibi & liberis & suis ex fratre nepotibus hoc est tibi charissime Thoma Vuolphi/fratribusq; tuis ac oibus ex eisdē legitime descendentibus: p̄ caesarea liberalitate/liberaliter decreta sunt: non ita ut multis: qui nunq̄ in acie steterūt/nunq̄ castra viderunt: nunq̄ deniq; tubarū sonū (nisi in spectaculis) audierūt. Ab imperatore nostro nō fuit molestū/ad Casparē Vuolphiū patruū tuū diuertere: q̄ is Romanas aquilas/& tyro & veteranus sequutus: de imperatore/de repub. nra: de litteris ac litteratis bene meritus. mihiq; amicitia nō vulgari cōiunctus. Igit̄ wympselingū hoc viro in omni vita integerrimo/inuicto/infracto/prestitisse nullus admiratione capiatur.

Philippus
Rechbergk

**De bello Sigismundi Archiducis Austriae
contra Venetos. Ca. LX.**

Taceo memorabile bellū Sigismundi Archiducis Austriae In q̄ Veneti germanicā virtutem experti sunt. Dux exercitus Venetorū Robertus Sansuerinas Italorū Achilles/ una cum magna exercitus sui parte/in flumine Athesi submersus est. Caeteri partim vel delecti/vel occisi/vel capti sunt: partim sibi salutē pedibus quesierunt: p̄pe arcē Bisenū/qd̄ nobiles cognomēto Trappi/icolunt. Facta est hęc strages die Laurentij: Anno. M. cccc. lxxxvij. Senserūt tum Veneti (ut alias sepe). quā periculosum sit cum germanis ferro ac armis decernere. Multi Italia nris parua manu fusi sunt. Hoc memorabile bellum: Burekhardus de Anwil germanus/vir nobilis & egregi

us versu Heroico cōplexus ē. Extat quoq; Baptista ^{Māruani}
ad Andream Bentiuolum de eadem re elegās carmē. Roberti
Sanseuerinatis cadauer paucis post diebus inuentū ab Vdal-
rico de Frindsperg/ tūc pōtifice tridentino/ & eius ciuibus in
aede diui Vigiliij honorifice; tumulat. Est in eū tale Epitaphiū
Italiae victor Seuerina stirpe Robertus

Sigmundum Australem sensit in arma ducem
Ter proceres Veneti; bello petiere Tridentum

Ter victi; hic victus ecce Robertus adest.

Filius quoq; Roberti Sanseuerinatis/ Anthonius Maria quē
tu Bononiae & Mantuae sepissime vidisti; cū nepote principis
camerini captus fuit. Postea tñ singulari certamine cōgressus
cū Ioanne comite de Sonnenburg; ab eodē quoq; victus, ita
ipsi Veneti in omni re virtute nostra inferiores extitere.

¶ Solas quinque germanorū gentes; exercitiū
victorem in thurcos suppeditare posse. Et
de ordine theutonicorū. Ca. LXI.

Quid verbis opus est; cū ex quinquaginta & eo amplius
germanorū gentibus quinque duntaxat Bauari/ Sueui/ Lepon-
tij/ Saxones & Cymbri. quoscunq; hostes quoduis regnū ip-
sos etiam immanissimos Thurcos & Sarracenos; auspicate deo
aggredi & superare possent. Ideoq; mirū & mōstro simile est
atq; solius demonis inuentū (qui in ter germanos discordiam
seminat) quod uniuersi christianae religionis principes & po-
puli somno pressi Constantinopolim nō eripiunt finitimisq;
christianis nō succurrūt Illiricos/ Dalmatas/ Styrios/ Croaci-
os/ Lyburnas/ Pannonios/ Austrios ab impiissimis perfidissi-
simisq; Thurcis; & ab eorū miseranda seruitute in quā indies
abducuntur; nō liberant nō protegūt; neq; cogitant rem quo-
q; eorū agi proximus cum paries ardeat/ & neglecta vires in-
cendia sibi cumulare. Possent nimirū huic bello magnas presta-
re suppetias ordo theutonū a Theutonibus ex pietate christia-
nae; religionis amore apud Sarracenos ceptus proq; incremē-
to ac defensione fidei nostrae laudabiliter institutus.

¶ Ad Vniuersos germaniae principes; Ca. LXII

Quid nō speratis vos facturos: posita prius simulate: cum
 exigua quondā germanorū portio & incognitā insulā collec
 ta manu/breui omnē Europā & Affricā atq; Asiā partē sub
 sugarint. An nō uniuersi: vos nunc nō poteritis: qđ olim Go
 thi exigua pars vestrū potuere? An erit minus in uniuerso cor
 pore q̄ in vno digito virūm? Quousq; igit finitis/O vos sal
 tem magni germaniā principes: fidem catholicā negligi: Cō
 stantinopolim orientalis Imperij caput: ac totius grāciā colu
 men iniuste occupari. Vrbes incendi: christianum sanguinē
 effundi/altaria eueri/sanctorū reliquias canibus obijci: dei &
 suā matris ymagines lanceis effodi: sputis lutoq; deturpari/
 christianos in seruitutē abduci. Iusta forsitan inter vos geritis
 bella: At iustius est p̄ cristo pugnare: maiorq; necessitas xp̄i ē
 hereditatē q̄ vestrā defendere. Cogitate de cōmuni periculo:
 maiora minoribus anteponite. Ne grauemini pacis causa: &
 dei redemptoris vestrī amore/equalibus deferre. Sumite sapi
 entīā/qua furori temperantiā/arrogantiē humilitatē: duricici
 mansuetudinē: obijciatis. Ponite tandē Latens odium. Sit fis
 nis germanicā discordiā: ut quorū consuevit in armis esse in
 uicta virtus/vnitis iam viribus ac cōcordibus animis/ in thur
 cos militaria signa feratis. Redimite/liberate infelices christi
 anos qui a Thurcis in cōpedibus retenti/misere seruitutē ser
 uiunt. Bizantium regiam urbem quā nunc Constantinopoli
 tana dicūt quo pacto recuperetis cogitate. Id vester honor/id
 vera christi fides/& religio. Id christianā reipub: salus expos
 scit. Nobiles estis/insignia militaria palam geritis/& ceruices
 torquibus auratis/ & digiti vestrī annulis: ensesq; & calcaria
 auro resplendent: christiani estis: christiani dici & cenferi vul
 tis. Agite nobilitatē: militiam christianā: religionē atq; fidem
 re ipsa & facto ostendite: Ne sinite gloriam vestram a vobis
 transferri. Cauete/ne vobis æmuli/secordiam/ignauiam/or
 cium/ ebrietatem/luxum/choreas/specācula/venerem/fur
 rorem/pusillanimitatē/delicias/aucupium/venatū/ obiecta
 re possint. Nolite calamistrati & mulierosi videri. Attendite
 gloriam vestram: respicite christum: pensate salutem patriā:
 Moueant vos exhortatiōes iamdudum in cōventionibus ve
 stris Ratifpone; Nurenberge & Franckofurdia facta. a Bessa

zione Cardinale græco: A Ioāne anthonio cāpano; ab Aenea
Siluio Senensi: Moueant vos aspera (sed vera verba) Francisci
Petrarche; q̄ vobis in vita sua solitaria facit. Discite qd̄ hī vobis
loquuti sint. Mouebit̄ cor vestrū; si saltem vlla xp̄iani san-
guinis gutta vobis inheserit.

¶ Ad Maximilianū Romanorū regē. Ca. LXIII

Quid opus est / inuictissime rex Maximiliane adhortari ma-
iestatē tuā / cū ipse pronus sis ad bellum cōtra xp̄i hostes susci-
piendū / ad succurrendū fidelibus: ad xp̄i fidē amplificandam
ad eripiendā cōstantinopolim ad cōprimendā thurcorū rabiē
ad vlciscendā xp̄i suarūq; matris iniuriam: ad honorē sacratissi-
mis locis restituendū ad recuperandam terrā in qua xp̄s p̄ no-
bis natus & mortuus est / in qua simul oēs astabimus ante tri-
bunal eius indicandi. Ad reparādas terras auitas & paternas /
ad illustrandā Austriæ domū / ad satisfaciendū regali titulo q̄
decoratus es. Tu ecclesiæ patronus es: Tu fidelium defensor: tu
dux & caput militiæ xp̄ianæ: Surgat igit̄ tua maiestas & chris-
tianiæ religionis periculo remediū adhibeat. Ceteri principes
in te suos oculos torquēt: neq; a Carolo magno vnq; fuit rex
de q̄ sibi om̄is ordo: sexus: ætas: vel maiora vel plura spon-
derit. Tu etem̄ regnorū terrarūq; potētia: militari gloria: expe-
rientia rerū: diuersarūq; linguarūq; noticia: sapientia: laborū & vi-
giliarūq; tollerātia: om̄es imperatores: quantūuis egregios vin-
cis: superas: excellis.

¶ De Machina oppugnatoria quā vulgo Bombar-
dam vocant a germanis inuenta. Ca. LXIII

Anno dñi. M. ccc. lxxx. inuentū est bellici tormētī genus a
germanis nostris qd̄ vulgo Bombarda dicit̄ a sono: ut opinor
a tonitru: hac una re nihil solertius: nihil terribilius esse cōtē-
dit Philipp⁹ Beroaldus p̄ceptor tuus: qd̄ em̄ teli genus: q̄ tor-
menta maiorē formidinē: terrorē: iacturā ipsis hostibus affe-
rūt q̄ maiores: minoresq; Bombarde: q̄ nō modo rūpi muros
sed cœlū etiā quati posse docuerūt ita nō solū germani nostri
(vel ipsis exteris testantibus) bellatores semp̄ fuisse acerrimi.
Sed instrumentorū q̄q; bellicorū inuētores subtilissimi vident̄

¶ De inuentioē celeberrime artis impressoriae. Ca. LXV

Anno xp̄i. M. cccc. xl. Friderico tertio romanorū imperatore

regnate. Magnū quoddā ac pene diuinū beneficiū collatū est uniuerso terrarū orbi a Ioanne gutenbergek Argeñ. nouo scribendi genere repto. Is em̄ primus artē impressoriā (quā latinios res excussoriā vocāt in urbe Argeñ. inuenit. Inde Magunciā veniēs eandē feliciter cōpleuit. Interea Ioannes mentel id opificij genus inceptās multa volumīa castigata ac polite Argentinā imprimendo factus ē breui opulentissimus. Huic successit Adolphus Ruschiū. mox Adelpho Martinus Flachus/g & ipsi Argentineñ. in natali solo cū laude & gloriā hāc artē exercuerūt. Is est ille Martinus flachus; qui dū in hūanīs esset; iunctus affinitate fuit n̄ro Mathiā schürer; hōi sane docto / p̄bo ac integro; cuius quōtidiano cōuictu / assidua familiaritate ac cōsuetudine; charissime Thoma / & valde recrearis / & mirificā voluptatē capis. Nec solū n̄ri in hac arte Argētinae floruerūt / sed eandē etiā alibi tractātes; & decus & emolimentū sunt cōsecuti. Ita Sixtus Rūfinger argētinus / Neapoli anno. M. cccc lxxi. libros quō imprimi possint / primus mōstrauit. Ob qđ factū Ferdinādo regi & Neapolitanā nobilitati carissimus extitit; Huic saepe ab ipso rege episcopatus & amplissime dignitates oblatae sunt. His oībus patriā argentinā preferēs; ad nos cōcessit estq; hodie vita supstes; vir ob dignitatē sacerdotalem & senitū reuerēdus. Præterea Vdalricus cognomēto han; sub idē ferme tēpus formas librarias; rē iauditā; nec unq̄ romanis visam; romā attulit. Fuit is natiōe germanus; cui cognomētū (ut dixi) erat han; id latine gallū gallinātū significat. Hoc ideo scribo; quia Cāpanus & aliq̄ docti / existimauerūt hunc Vdalricū natiōe gallū fuisse; qđ plane falsissimū est. Is tñ error ideo emanauit qđ cognomen familie traductum fuit in latinū; qđ Hermolao barbaro auctore nunq̄ fieri debet; noīa em̄ & cognōia opidorū ppriā / sicut hōim quacūq; lingua retineri solēt. Itaq; Vdalricus han / cū hoc diuino opificio; rē litterariā ex insopia ad ingentē ubertatē pduxisset. Antonius Campanus in illum iocatus hoc Tetrasticon edidit.

Anser tarpeij custos iouis; vnde q̄ alis

Constreperes; gallus decidit; ultor adest.

Vlricus gallus; ne quem poscantur in usum

Edocuit; pennis nilopus esse tuis.

Non est p̄tereundus Ioannes Pr̄us municeps noster / qui h̄ac
 artem hodie in urbe Argentina diligenter excolit: qui infinita
 volumina litterarū studiosis legēda dedit: Multi summi & ce
 lebres viri hoc impressorū munus laudauerunt: ut Polidorus
 Urbinas: ut Beroaldus p̄ceptor tuus: is in quadā oratiōe sua:
 qđ inquit ingeniosius inuentū / q̄ litteraria impressoria / vel
 ut latinus loquar excussoria: qua nihil utilius: Et alibi idē Be
 roaldus in quodam endecasyllabo. O germania muneris re
 pertrix Quo nil utilius dedit verustas Libros scribere quę do
 ces p̄mendo. Non piguit in p̄sentia eos q̄ calcographiā: vel in
 uenerūt vel illustrarūt: memorare. Non sunt em̄ tantę rei au
 ctiores sua laude fraudandi: Prefertim ut posteritas sciat: q̄bus
 hoc diuinū & īmortale munus acceptū referre debeat.

¶ De Architectura Germanorū. Ca. LXVII

In Architectura germani excellentissimi sunt quorū edificia
 Eneas Siluius mirari se potuisse scribit non cōmendare. Sunt
 meo inquit iudicio Theutonici mirabiles Mathematici oēs q̄
 gentes in Architectura superant. hoc homo Italus de germa
 nis testat̄: nec falsa loquutus est: qđ ut cetera edificia (quę pas
 sim in germania magnificentissime extructa sunt) obmittam
 Argentinense templū & turris in eo edificata abunde demon
 strāt. Hac una structura nihil i uniuerso orbe cōtenderim esse
 p̄ciosius: nihil excellentius. Quis satis mirari satis laudare po
 test Argentinē turrim q̄ celatura statuis: simulachris: variarū
 q̄ rerū effigie oīa europę edificia facile excellit. cuius altitudo
 excedit numerū. cccc. & .xv. cubitorū. Miraculum est tātam
 molem in tam altū attolli potuisse. qđ si isti a laudatis auctori
 bus laudati artifices reuiscerent. Scopas Phidias Ctesiphon
 Archimedes p̄fecto in architecturę disciplīna se victos esse a
 nostris vel palam faterent̄. atq; hoc opus Dyanae Ephesię tē
 plo & Pyramidibus egiptiacis atq; his om̄ibus quę inter sep̄
 tem spectacula numerant̄ longe anteferrent.

¶ De Pictura & Plastica. Ca. LXVIII

Nostrates quoq; pictores esse omniū prestantissimos vel
 ipsa experientia (q̄ rerū magistra est) aptissime docet. Icones Is
 rahelis Alemāni p̄ uniuersam Europā desiderant̄ habenturq;
 a pictoribus in summo p̄cio. Quid de Martino Schon Colū

Altitudo ar
 genti. turris

bariensi dicā/ qui in hac arte fuit tam eximius ut eius depictæ tabulæ in Italiã in Hispanias: in Galliã: in Britannã & alia mūdi loca abductæ sint. Extāt columbarie in tēplo diuī Martini & sancti Frācisçi ymagīes huius manu depictæ: ad quas effingendas exprimendasq; pictores ipsi certatim confluunt: & si bonis artificibus & pictoribus fides adhibēda est, nihil elegātius: nihil amabilius: a quoq; depingi reddiq; poterit. Eius discipulus Albert⁹ tūrer & ipse alemanus hac tēpestate excellentissimus est & Nurenberge imagīes absolutissimas depingit: q̄ antercatoribus in Italiã transportant: & illic a p̄batissimis pictoribus nō minus p̄bant q̄ parasij aut Apellis tabulæ. Ioannes Hirtz Argentīnēsi, non est obmittendus: qui dum in hūmanis esset: apud pictores omnes in magna fuit veneratione cuius in pictura peritiam clarissime ac speciosissime imagines tum alibi tum Argentīnæ in natali solo depictæ testantur. In Plastico (hoc est figulina arte que ex terra similitudines itidem fingit) germani prestantes sunt: qđ ipsa figulina vasa & plurima vasorū fictilium genera q̄ modo humanæ vitæ usui sunt indicant & demonstrant. Hic sunt quos vel Corebus Atheniensis figuline artis inuentor admirari possit & laudare.

¶ De fortitudine germanorū. Ca. LXIX

Multi græci & latini autores fortitudinē germanorū extulerunt. Brevitatis tñ causa multis obmissis Philippī Beroaldi p̄ceptoris tui ex quadam oratione verba subnotabo. Germani inquit quos & vulgus & historici luculenti alemanos appellant in vniuersum animosi: liberales: ingeniosi scriptores Prisci germanos extollunt, q̄ a paruulis duricici & labore studentes in venationibus/ atq; in studijs rei militaris consisterent/ quibus arma tractare ludus fuerit, feras excipere voluptas q̄ acres forent bellatores & libertatis retinentissimi: sæpe Romani experti sunt: & quidē infeliciter: quorū exercitus quinq; cōsulares sub totidem ducibus per interualla tempora fusi profligatq;. Nec impune Caius Marius cū pugnacissima gente confligit, Diuus q; Julius magis arma germanis ostentauit q̄ intulerit. Augustus cæsar virtutē germanicā duab⁹ cladib⁹ expertus lostiana scilicet & variana, Sed varianā adeo exitiabilē

ſenſit tribus legionibus cū duce cæſis adeoq; conſternatus ē:
ut barba capilloq; pmiſſo caput interdū foribus illideret. Vo-
ciferās Quintili Varre legiones redde. Quid multa? Germa-
ni ob unicā fortitudinē ac vim bellicā Herculem Martēq; per
inde ac virtutis preſides i primis coluerūt. Nihil neq; publicæ
rei neq; priuatæ niſi armati agentes prediti pceris corporibus
& ſtatura prorfus militari. Nec apd̄ nos germanos ſoli viri pu-
gnaces & egregij ſunt bellatores ipſe ſœmine cū res poſtulat
ad arma paratæ ſunt ſtudia bellica tractantes. Proditū eſt me-
morix ſœminas q̄q; germanas ſumptis aliquādo p patria ar-
mis ex integro viroꝝ pugnas inſtauraffe/ & ſicut Cornelius
Tacitus auctor ē nullam aliā dotē afferre conſueuiſſe in Ma-
ritōꝝ domos q̄ frenatū equū & ſcutum & frameam.

¶ De nobilitate Germanoꝝ. Ca. LXX

Ioannes Theutonicus ille egregius decretōꝝ iterpres in qua-
dam gloſſa diſ. xxxiiij. Germania inquit a germine dicit̄. eſt
em̄ verē germen nobilitatis. atqui hūc Theutonē dices & ſue-
genti blanditū. Alterius igiſ nationis hominem afferā germa-
noꝝ alioquin hoſtem & detractorē Anthoniū Campanū qui
de germanis loquēs ſic ad verbū ait. Illi domi concordēs foris
ſtrēnuū & acquiſere imperiū: & tantā illuſtroꝝ viroꝝ multū-
tudinē pepererūt: vt p reliquū orbem veluti Colonijs nobilit-
tatis uſq; quaq; deductis familias nobiliſſimas & regias ppas
gauerint. nec ulla ſit familia in Gallijs; ne regia quidē. nulla in
Hiſpania/ aut in Italia paulo illuſtrior: q̄ ſi antiquitatē repetat
ſuā non ſtatim e germania eſſe predicer: & veluti e Seminario
quodā vere nobilitatis e vobis veniſſe glorieſ. Nam quis ob-
ſecro familiā Galloꝝ regū tam celebrē: tam laudatā protulit.
Germania Pipino germano auctore. Quis Hiſpaniæ domū
tam inſignē: quæ nunc regnū obrinet & ppe ad Lybiam uſq;
protendit; Germania Richardo Vſigotho germano auctore
Quis tot nobiliſſimas familias p uniuerſam Italiam: tanq; ex
cuſſo gremio nobilitatis fudit: ſparſit: ſeminauit. Germania Hen-
rico germano auctore qui Ordelaphos; Varanos; Malateſtas
Manfredos; Gallafſos; Feretranos; Vicecomites; Gonzagas
aliaſq; innumerabiles & inſtituit nobiles & locupletauit: ut ve-
re dici poſſit: fontē nobilitatis viuū & perennē fuiſſe Germa-

niam; aut mare potius: q̄ oēs puñcias Europe suo splendor
 re velut æstu quodā nobilitatis inundauit. Dū in galliam; in
 Hispaniā; in Italiā nationesq; alias ppagauit imperiū. Non er
 go a romanis germania traxit/ sed romanis potius Germania
 nobilitatē imisit; quā maiores nostri virtute gloria reb⁹ gestis
 magnifice pepererūt. Si em̄ avirtute nobilitas nascit germani
 pfecto romanis virtute minie inferiores extiterūt. utpote qui
 fidē; integritatē; iusticiā; liberalitatē; veritatē semp coluerunt.
 Si a magnificentia reb⁹q; gestis nobilitatē adipiscunt hoies:
 q̄ natio magnificentior: minusq; inuicta germanis? Q̄ si ex
 antiquitate & longo euo nobilem quēpiam iudicabimus fue
 re germani longe vetustiores romanis. Roma em̄ christū an
 tecessit annis septingentis & quinquaginta duobus. At nobi
 lissima urbem I reuerim/ q̄ Ammiano Marcellino autore in
 germania sita est: constat duobus annorū milibus christi ortū
 excedere diuturnitate. Id q̄ nec ipsi Romani inficiantur.

¶ De liberalitate Germanorū Ca. LXXI

Germanos comes faciles: & pecuniæ liberales esse; nemo
 unq̄ negauerit: quū nō solum inter sese sed etiā i aduenas &
 peregrinos hospitalitatē: (decorū liberalitatis genus) obseruāt
 quorū domus hospitibus nō modo facile patent; sed etiā ipsi
 errantibus comiter & sine fastidio vias demonstrāt; tñ in q̄ virt
 tutē suā cæteris ipendere nitunt; & in q̄ laudē mereri debent
 in eo ignominiosam vitij labem sibi cōparāt: gulæ em̄ & ebrī
 etatis arguunt ab his q̄ suā auaritiā & odiosam tenacitatē si
 mulatu moderatiōe fictaq; frugalitate norūt obumbrare. Ger
 manorū hūanitate diuus Athanasius quū in toto orbe tut⁹ nō
 esset furorē i peratoris ab atrio seducti euasit: ac duob⁹ fere lus
 tris hospitio clā exceptus; apd̄ germanos fidei symbolū cere
 raq; cōscripsit. Germanorū humanitatē liberalitatē & i hospi
 tes munificentia Cor. Tacitus pbat. Conuictibus inquires &
 hospitij nō alia gens effusus indulget. Quēcunq; mortaliū
 arcere tecto nefas habet. Quid mirū; nos hodie hospitalitatē
 diligere posteaq; xp̄s & diuinissimus Paulus eam tā opere cō
 mendarint, quū maiores olim nri nondū xp̄ianæ religiōis cō
 scij naturalis solū ratiōis ductu; i aduenas benefici fuerūt: et p
 liberales. Viderint qui nobis ebrietatē ascribūt si nō virtutem

nostrā in vicium calumniatores vertant.

¶ De fertilitate Heluetiæ siue Alsatia. Ca. LXXII

Vt multas germaniæ regiões obmittamus Alsatia siue heluetiæ fertilitatē psequimur ea tametsi germaniæ portiūcula est / tñ aeris tēperie: soli fertilitate: aq̄ & copia: nemorū salubritate cere ris ac bachī abūdantia: ac oīm rerū ubertate ē affluentissima: q̄ merito cella penuaria & germaniæ nutritrix noiari pōt. Aegyptus Sicilia Italia Hispania: sicut receptissimi auctores pdiderūt: sunt qdē regiões uberrime fertilissimæq; frumēta: tñ et vina q̄ illic colligunt crassa sunt & pinguia & sciti saporis / minie tñ duratura. q̄ tamē apud nos ad. lx. usq; annū incorrupta: illesa sincera: pura: & ad mortaliū usum accomodatissima pmanēt Huc adde q̄ Heluetij siue Alsatici diuina ingenia sortiunt ex aeris lociq; tēperie. Multos protulit patria nra claros doctrina & eruditioē viros. Extantq; hodie etiā in quocūq; disciplinæ genere peritissimi. Si rheologū desideras ad manū est keyfersbergius. si iureconsultū: Bernardus wurmsler cōdiscipulus tuus in prōptu est: qui tecū una Bononię diuini & hūani iuris p fessoribus operā dedit: & in legali doctrina ita acutus ita diler tus euasit: ut merito dici possit nri tēporis Papinianus. Is quā q̄ ætate iuuenis tñ eruditioē veteranus est q̄ & illius responsa & cōsilia lucidissime testant. Sed heu succurrit nūc Amādus Vuolphius tuus germanus frater iurecon. egregius qui superiori ætate morbo intercutis aquæ perijt: cui si vitā progasset deus: exornasset sæculū nostrū. Sunt in medicina: sunt in mathematica: oratoria: Poetica: qui nec spernendi sunt nec abiici endi. Loquar de Thoma nro aucupario ob breuitatē reliquis obmissis qui nescio qd magni ac alti de se pollicet / qui si ætate pcesserit pculdubio nō tā Alsatiam q̄ germaniā poematis suis illustrabit.

¶ Conclusio p Epilogū.

Deniq; ut calcem pperemus exploratū esse nō dubitamus in toto orbe germaniā ceteris prestare natiōibus: viroꝝ multitudiē: foeminarū pudicitia: ducū: principū excellentia: eorū q; sincera ac pura nobilitate: militū fortitudine: & pceritate at q; cōmuni libertate fide: integritate: liberalitate: cōstantia artū q; p̄cipuo ingenio episcopatuū magnificentiā: urbiū & ciuitatū numerositate: magnitudine ac studiosissima tēploꝝ instau

ratione. Romanae sedis obedientia decimarum oblationum & elemosinarum largitio: honesto vestium usu: tum situ salubritateque celi iucundissima: Preterea ipsa germania: benignissimo ventorum afflatu: latissimorumque fluuiorum & Thermarum copia: nemorum & saluum iocunda utilitate crudelium ferorumque animalium careria & magna soli fertilitate principatum obtinet. Quicquid est quod vita nostra carere non potest: id omne deus germaniae non inuidit: opes: pabula: lacus: fruges: vineta: variorumque generis vina: vel unica Alsatia: multis exteris abunde praestat: vellera: lina: vestes: iuueni: equi: metalla: aurum: argentum: aes: ferrum non solum montes sed & flumina Rhenus: Danubiusque praefertunt. ut nec pactolo: neque Tago cedat germania, longe a mari distans (quod Plato improbitatis magister strum appellat) sunt demum germani sacrosanctae christi religioni de ditissimi ac obseruatissimi a qua nec vinculis: nec carcere nec ipsa denique morte diuelli possunt, sicut neque a veritate (quam ipsi Persis sanctius colunt) recedere videntur: quod praefecto sanctissimi & omnium prestantissimum est iudicandum. ¶ Finis.

¶ Mathias Schürer Artium doctor
studioso Lectori, S.P.D.

Si quid in hoc libro est inuersum/transpositum/ immutatum obmissum/ vel mirari vel indignari desine/ quis omnia viderit: homo sum/ atque his homo qui binoculus/ non Argus cuius capus centum oculis circumfuisse fabulat antiquitas. Exprobre crede nihil tam oculariter despici potest: in quo omne mendacium possis euadere Huc adde quod exemplar ipsum erat mutilum/ deprauatum/ mendosum: exscribens culpa. Coacti quoque sumus ob imminentes nundinas Franckfurdeneses intra breuissimum tempus id operis formis excudere. Dabimus tamen pro virili opera/ ut olim nitidius/ speciosius in manus hominum exeat. Tu interea studiose lector his contentus foelix esto. Argentinae ex officina litteraria Ioannis Pruis: quinto idus Martij. Anno, M. CCCC. V.

¶ Iohannes, Pruis in aedibus Thiergarten Argentinæ imprimebat. Mathias Schürer recognouit.
Anno. M. D. V. quinto Idus Martij.
Conrado Duntzemio Dictatore Argentinæ.